lapide locustos fit pannus in combu
stibilis vt refert albertus magnus li.
de mirabilibus. Ex quibus omnibz
concluditur q̄ articuli fidei sunt de
ducibiles in lumine naturali. et hoc
circa demōstrationē. Sicut tamen nō
tandum q̄ aliqui dicunt q̄ huiusmo
di auctoritates vel nichil faciūt ad p
positum articulorū vel ipas fuisse re
uelatas. Nichilomin⁹ tamē existio
q̄ et licet plures philosophi habue
runt reuelationes. n̄ in lumine natu
rali multa de articulis fidei excogi
tare potuerunt. Porest etiaz dici q̄
philosophi quo ad aliquē viderūt li

bros prophetarū. Sic em̄ refert aug. ij. de doctri. xp̄lana. ca. ij. q̄ plato vidit libros bteremie prophete.

¶ Ca. ij. de cultu et veneratione dei.



Ulcunqz laudabilia possidemus a deo acceptim⁹. Si igitur serui dñis obsequuntur si boes possessorē noscat pamplic⁹ fidelis deus

colere debet: dicēte cathone. Si de⁹ est aī nobis vt carmina dicūt. Sic tibi p̄cipue sit pura mente colendus. Unde mercurius termeglistus ad asclepiū solū inquit. aīa homo duplex est: qz scz inter aīalia hō solus ex duplici cōstat natura. s. mortali z eterni. z subdit mercuri⁹. Illa pars simplex. s. aīa diuine similitudinis formā bz. ergo humanitas semp memor naturez originis sue in deitatis imitatione pseuerat. Nos igitur agentes gratias adoremus deum. hec inquit sunt summe intēctōnes dei cū gratie agunt a mortalibus hominū adorātibz et laudibus. Que verba clare innuunt hoīez debere deū colere tāto celebrius q̄to plura beneficia a deo suscepit. z q̄to sublimior factus est ceteris rebus p̄ imaginē dei quas accepit. Unde sirtus p̄thagoricus in suis sentētijs. Deus libertatē arbitrij hoībz p̄misit vt pure ac sine peccato viuētes similes fiāt deo. Nā tēplū dei est mens pura z altare optimū est ei cor mundū. Vir castus sine peccato prātem accepit a deo eē filius dei p̄ adoptionē. hec ille. Ecce vides o tu hō qm̄ templū dei es. Si ergo in templo cultus deo d. beatur nunqd deū tuū mens colere dz. Nāz

in puerbjs sapientū dicit. Non aspiat q̄ plenas sed q̄ puras quis deo manus offerat: qz nō alter nisi optimus antinus pulcherrimus dei cultus ē. Nil ergo refert si munera grādia offeras deo: sed tua deuotio tue orationi valores imponit. Plus enī paupcula era duo exhibēdo placuit deo q̄ cresus talentorum ex munere. Illa siquidez magis placuit nō q̄ magis obtulerit: sed maiori conatus deuotōe q̄ affectiori eravel obulum obtulit q̄ cresus talenta: vt satis refert hīero. in fine prologi bible. Placēat ergo hominī quod deo placet: vt monet sene. ad lucil. episto. lxxiiij. Tūc enī in hoc placet hominī quod deo placet quādo cultū exhibet q̄ debetur ei. Quod fecisse p̄hi leguntur. Nam sicut ait plato p̄hus est amator dei: vt narrat aug. viij. de ciui. dei. Amator autē dei p̄hus nō esset: si cultum dei sibi debitūz subtraheret. Unde prosper in libro epigrā. Hac desiderij deus est pietate colendus sua sticle vt merces tota sit ipse deus. Optima vota deo quorū est dator ipse vouētur. et subdit. Libertas nulla est melior maior ve prās q̄ seruire deo cui bene seruit amor: absqz iugo posita est ditionis amica voluntas. Que viget affectu non viget imperio. Ecce clare innotescit q̄ qui deum amat ipsūz etiā colit. prout subz catholica fides. Nam et pecudes suis balatibus elephātesq̄ suis flexionibus celsa venerantur: arbores crescendo sursum eleuant: eleinēta celorum z impressionibus obediūt semper leges suas celozū orbes obseruant. Quibus attentis mirū si fidelis mas

loribus dotatus gratijs obedientia
pariter et reuerentiam deo exhibere
pretermittat: nec solum hoc mirum
sed ingratitude signu est. Eos tñ
nō arbitror fore dignos laude q̄ de-
um dū colunt plus ceremonijs q̄ af-
fectibus intendunt. Et que putatur
eorum deuotio sepe supstitutio est de
quibus cicero in orōne Est etiam q̄-
dam religionis modus. et subdit. Mi-
nimumq̄ supstitutus esse nō oportet
Eos etiā cōmendandos nō reputo
qui diuino cultui licet assistant. scele-
ribus tñ vsquequaq̄ pleni sunt. qua-
le enim p̄t horū esse obsequiū. Regi
enim nō placet iniquus seruitor. quō
ergo deo placebit iniquus peccator
tales enim p̄fanatores videntur san-
ctuarij dei. Unde ouidi. li. epistolaz
Done deos et q̄ tangendo sacra pro-
fanas nō bene celestes impia dextra
colit. Rursus redarguendi hi appa-
rent in diuinis sacrificijs quisse inge-
runt: altaribusq̄ sacris temerarie se-
iungunt contra quos tibullus lib. ij.
Vos quoq̄ abesse p̄cul iubeo disce-
dat ab aris cui tulit besterna gaudia
nocteven⁹. Itaq̄ veteres deos suos
colebant. Et q̄q̄ erroribus sublace-
rēt. apud oēs tñ famosum erat deos
debere coli dicēte philosopho. Dijs
nō possumus aliud reddere cōdignū
Illi ergo qui fidē p̄fessi sunt deū po-
tissime venerari debent. Sed quere-
res qd̄ deum colere sit aut quō vene-
rari debeat. Attende queso qm̄ diui-
nus cultus orōne perficit̄. vnde por-
phyrus. Deus omniū pater nullius
indiget: sed nobiscū bene est cuz per-
iusticiā et castitatez euz adoramus
ipsaz preceꝝ ad eum fundentes per

imitationē et inquisitionē de ipso In-
quisitio enim purgat. imitatio deifi-
cat affectionē ad ipsuz optando. vñ
didimus ad alexandruz. Verbo de⁹
ppiciatur orātib⁹ quoq̄ dei solum
est cū hoīe suaq̄ similitudine delecte-
tur. His ei sermonib⁹ apparet q̄ de-
um colere ipsuz orare est. vñ teste va-
lerio. li. vij. Socrates humane sapiē-
tie oraculū cōgrue dixit. a dijsq̄ im-
mortalib⁹ nichil petēdū esse arbitra-
ba: nisi vt bona tribuerēt eo q̄ sciūt
quid vtile nobis. Cuius contrarium
faciūt hi qui certa munera dei oran-
do petunt: seq̄ nō credūt exauditos
nisi habeāt id numero qd̄ postulant
Diuine enim p̄uidentie remittere sin-
gula tenent̄. sperando id dei factus
rum quod melius erit: iuxta p̄libatū
socratis documentū. Rursus plures
ignorātes aut voluptatibus execati
deo supplicāt vt eorū impietati co-
adiuuet: vt etiā vires prestēt quibus
sua mala exercere possint. Q̄ stul-
ta deprecatio a iusto iudice petere sce-
lus deiq̄ putare consciū malorū.
vnde antenodorus stoicus. Nichil i-
quit deuz roges. nisi quod possis ro-
gare palaz. et iuuenalis. liij. satyra. j.
Si cōsiliū vis permittes ipsis ex-
pēdere numinibus quid cōueniat no-
bis: rebusq̄ sit vtile no stris. naz pro-
locundis aptissima queq̄ dabūt dijs.
Carior ē illis homo q̄ sibi. et subdit
Orandus est vt sit mens sana in cor-
pore sano. Fortem polce animum
mortis terrore carentez. Qui spaciū
vite extremum inter munera ponat.
Natur: qui ferre queat quoscūq̄ la-
bores. Nesciat trascti cupiat nichil et
poriores berculis erumnas credat:

sanescq; labores. Et venere et cenis et
pluma sardanapali. Mos igitur fide
les deum colamus et deprecemur quo
niam teste ouidius primo de arte. Fle
ctitur iratus voce rogante deus et li.
de ponto. Confugit interdum templi
vlo lato ad ara nec petere offensus nu
minis horret opem: quia scilicet veteres of
fensis numinibus veniam poscebant. Deo
igitur per amplius id faciendum est:
quia ipse inestimabilis pietas et pote
stas. Sed parum cultus et oratio per
sunt nisi cor sentiat quod expriment
voces. Unde prosper li. epigramma.
Laus verace deo de promissa ore pec
cantis. Si qua falsa voce fluunt inti
ma cordis habent. Qui dedit ut que
rat addit ut inuenias. Sed deus effe
ctum precibus non prestat iniquis.
Quem bonum sine fine bono persis
tere reperto. Querere non habeant
talium vota modum. Nam quia nullo
sacrum munere credit egere. Crescere non
cupiens perdit adempta tepens. Que
verba nil aliud sonant: nisi quod ut catho
licus iugiter deum orare debet: et non
existimare quod nullo egeat: quia sic opti
nari prescriptio et non oratio est. Et
autem orationi fideles melius vaca
re possint: sacris diebus cultus preci
pitur exhiberi: ut quod ceteris feriis ho
mo pretermisit diebus suppleat co
lendis. unde sene. ad lucillum episto
la. xviii. Festiuis maxime diebus ani
mo imperandum est: ut a voluptati
bus maxime abstinere. ouidius li. de
fastis. Prospera lux oritur linguis
animisque fauere: lite vacent aures in
sanaque prorsus absint: quia scilicet die
bus sacris paci et orationi est insisten
dum. unde tibullus li. ii. Luce sacra

requiescat huius requiescat orator
grauis suspensio vomere cessit opus.
et subdit. Omnia sunt operata deo non
audeat vlla lanifica penis imposui
se manus: itaque nullus operibus sacris
diebus intendere debet. Absit tamen
ut credat aliquis ab operibus pietatis
se fore excusatum. Nam qui pietatem
pretermittit iniquus est. nullo autem die
iniquus agere licet. unde prosper in epi
gram. Non recto seruat legalia sab
bata cultu: qui pietatis opus credat
in his vetitum. Nulla dies actus ho
minum non datur iniquos. Omnia con
ueniunt tempora iusticie. Ex quibus
omnibus concluditur quod sacris diebus sic
a labore est desistendum: ut pietatis
munera non pretermittant. Nam in bo
nis operibus cultus dei maxime seruatur.
¶ Caius. de idolatria et de nominibus
deorum et deorum.



Eteres deus inquirere nequientes in qua
plurima turpia dela
psi sunt. unde quia deum
verum non cognouerunt
ideo fingerunt deos si
mulachra depingerunt. sic enim legi
mus hermetem statuas posuisse. Egi
ptius quoque deos posuit ab hominibus
productos. Pompeius quoque
deos fabricauit: quos secum sepeliuit.
Alii quam plurimi deum inquirendo nar
rauerunt: ut narrat augustinus. xlii.
de ciuitate dei. Horum igitur theologia
non est ipsa quam rides profiteretur: sed
ipsa est fabula que sub specie doctri
ne falsissime colorare conantur: ut ra
git augustinus. xlii. de ciuitate dei.
allegando marcum varronem. Dis
cant igitur christiani horum assertio

nes detestari quorum studium fuit
 novos excogitare deos: varijsq; or-
 namētis figmentare sollicitati sunt.
 Nempe dixerūt barbatū ionem im-
 berbem mercurium saturnum semen
 et faustulū floribus pcesse credide-
 runt. Innumerabilibus superstitioni-
 bus deos perscrutati sunt: quoz om-
 nium pater fuit nīnus rex assiriorū
 idolatra pūmus de quo refert petr⁹
 comestor in bystoria scholastica. Re-
 fert inq; qd cum fuisset mortuus be-
 lus paternū. Tunc nīnus ad suble-
 uamen doloris imaginē patris fecit
 Cum imaginē tanq; deo reuerentias
 exhibebat aliosq; exhibere faciebat.
 Quinimo ad se venientibus indulge-
 bat: si qd mali egissent dūmodo p̄ris
 imaginem reuereretur. Dicta autē
 fuit prefata statua aut imago bela
 nomine patris nīni qd belus vocabat
 Cuius rei occasione alienatōes sta-
 tuas erexerunt: et iuxta sua ydīoma-
 ta nūcupauerūt. vnde apud aliquos
 fuit bel. apud alios baal alij baan
 alij belphegor: alij belsebuch accepe-
 runt: vt dicit isido. viij. ethimo. Rur-
 sus apud egyptios isis: apud chretā
 iuppiter: apud mauros iuba: apd la-
 tinos faunus: apud romanos quirī-
 nus: apud athenienses mīnerua: apd
 samum iuno: apud paphos venus:
 apud lemnos vulcanus: apud naxos
 liber: apd delos apolo. Rursus apd
 romanos esculapius deus medicine
 nūcupatus. Babilonijs quoq; bel i-
 dolum acceperunt de quo superius
 Et greci complures precipuum de
 amoniorum nūcupauerunt. Belse-
 buch quoq; de quo supius fuit deus
 in acharon interpretat de⁹ muscar

nam sebuch musca est. Hic ergo sunt
 dii de quibus ppheta. Quoniam oēs
 dii gentium demonia. Rursus quele-
 ginus cōmemorem⁹. Legimus enī
 qd saturnus origo deozū a paganis
 designat. et ideo saturnus dictus est
 a tps lōgitudine seu a saturitate an-
 norum: qz ipm antiquissimuz ferunt
 de quo etiaz fertur qd filios suos des-
 uorauit: patrisq; celij abscondisse genē-
 talia fertur. Alij quoq; dicūt qd ex sa-
 lis genitalibus in mari prolectus na-
 ta est venus. Ceteruz alij iouen a iu-
 uando dictum patrē deorum appella-
 lant ipm q; optimū referunt. Et qñs
 q; fingunt taurum eo qd europam re-
 puit. taurus enim maxime libidinos-
 sus. est. qñq; etiam ipsi fingunt eum
 aquilā modo serpentē modo agnuz
 fm varietatem eozū que fecisse credi-
 tur. Ceterum alij dicunt. ianum celli
 ianitorē seu ianuā deusq; facies ipz
 habere ferunt et ex cōsequenti bifrō-
 tem ipm appellant. Ecce qualis de-
 us monstruosus est. Alij quoq; nes-
 ptunū deū aquarū p̄dicauerūt. alij
 dicunt vulcanū deum ignem. Unde
 vulcanus quasi volicanus: qz sua ve-
 locitate fertur volasse per aera more
 ignis. De isto dicit omerus qd fuit p̄-
 cipitatus de aere in terram. et exinde
 fulmina orti putant. Ipse etiaz vul-
 canus de femore iunonis fingit na-
 tus. Et fertur claudus more ignis qd
 nunq; recte: sed curuatis mouebatur
 ceterz alij platonē deū affirmauerūt
 quē latini vocāt dīes p̄trē. Alij vero
 ozū ipm nūcupāt. et ferē receptator
 mortuoz deusq; iferni a poct. fingit
 alij q; liberū depinxerunt more mu-
 liebi delicatum et deū libidinis ipm

descripserunt. Sed quidam dicunt quod ipse non libidinis: sed potius deus vinum nuncupat qui alio nomine bachus dicitur. ferturque cornutus et corona vitrea coronatus. Insuper alij fingunt mercurium pennas habere ferturque deus sermonis et eloquentie. unde mercurius sermo est. Distingiturque mercurius cum capite canino. et alias in capite et pedibus habuisse fertur fortisque magister creditur. Insuper alij dixerunt martem deum belli. Apollinem deum medicine. quiescentem phœbus sol vel titan appellatur. Ceterum ultra deos alij deas elegerunt. quidam enim dyanam quam dicunt binam. atque virginem susceperunt. et dicitur dyana. quasi duana eo quod die et nocte apparet. et alio nomine lucina vocatur. Alij autem cererem in deas elegerunt per quam terram intellexerunt quam dixerunt magnam matrem atque vehi in curru cum tympanis et cymbalis. Alij autem minervam ut dictum est. Elegerunt ut athenienses qui eam dixerunt multorum ingeniorum inuentricem. Et dicunt eam de capite iouis natam. in cuius pectore fingunt caput gorgonis. Alij autem elegerunt palladem que pallantem gigantem sic dictum interfecit. Alij elegerunt venere ut superius dictum est. Rursus gentiliū aliqui cupidinem que dixerunt deum licet videatur nomen femineum. et hunc depinxerunt sub forma pueri et dixerunt ipsum deum fornicationis. unde et sagittas et facem tenere fingitur: quia lubricus amor more sagitte vulnerat. et more facis inflammatur. Ceterum greci dixerunt panem deum rusticorum quem latini vocant

deum silvarum. et hunc fingunt habere coronam ad similitudinem solis et line. ruberque eius facies ad similitudinem etheris. Et fert: vij fistulas quibus armonizat. caprinaque ungulas habere legitur. Insuper apud egyptios maximus deus fuit dictus serapis. qui cum primo fuisset rex argiuorum dicebatur apis. sed postmodum transiit in egyptum ibique mortuus serapis appellatus est. Ceterum apud paganos faunus fuit deus sic vocatus a fauno es. eo quod faucebat eis et futura predicebat. His ergo delusionibus gentiles adheferunt farsaque sua dixerunt deos et fortunam deam dici non pretermiserunt. Deasque aquarum nymphas appellarunt et deos quos in domo colebant dixerunt penates: deosque inorum manes nuncupauerunt. Itaque in suis erroribus perseverantes viam veritatis ignorauerunt. Rursum poscunt errores de lucideius nationibusque diuisus ascribamus a caldeis incipientes de quibus refert nathor. quod caldei deum nescierunt. sed elementa et creaturas coluerunt. suosque deos custodientes statuerunt. ne a confinibus reparentur. Deu quales dii que custodia egent. Ipsum autem caldeorum plurimum ignem posuerunt deum. eo quod omnia deuorare videtur. sed modica est ratio immo ridiculosa. quia saltem videre potuerunt quod ignis ab aqua extinguatur. Ceterum grecorum errorem narremus qui dicentes se sapientes sibi facti sunt. Elegerunt enim in deum saturnum comestorem filiorum iouem semper eos adulterum herculem bebriosum. ecce quales dii. Ceterum egyptij deoerio

res aialla bruta coluerunt. vt ouem
vitulum hircum et porcum coruū acci-
pitrem vulturē aquilam cocodriliū
lupum symeā draconem et aspidem
Itaq; brutis occasione cuiusdā utili-
tatis vel obsequij sacrificabant vt tā-
git tul. li. i. de natura deorū. de qbus
ysaye. xliij. Facta sunt simulachra eorū
bestijs et iumentis similia. Cete-
rum romani deos ineptos colebant
dicētes eorū ope imperiū suū dila-
tari: vt tangit aug. liij. de ci. dei. Cuz
tū gothorū gēs ipsos opprimeret ido-
lis iuuare nequētibz solo xpī no-
mine mediante euadere potuerunt.
Ita mirū qui cū dij nō essent iuuare
nō poterāt. vnde crisostomus ad dāruū
Quomodo inquit possunt vobis eē
custodes. qui cū nō custoditi fuerint
nocte a canibus vel furibus rapiunt
vnde aug. li. i. confessionū. Nonne er-
go intelligo et tonantem tonē et ad-
ulterantez et vtiq; nō posset hec duo
Geruntamen gentiles eorum deorū
testantur illecebras in quibus confi-
dunt. Horum autem fabulis socra-
tes et plato non adherentes deum
summum et vnū cognouerunt.
¶ Capitulum quartum quomodo p
fidem saluamur.



Fides est fundamen-
tum legis et cōsequē-
ter via salutis. vnde
fides qz plures respu-
erūt: ideo celestis glo-
rie plenitudinem nō
acceperunt. Itempe fides christia-
nos facit hīdes quā tñ multi respu-
erunt. sicut romani quōdam qui infel-
lices per fidem factos se putarunt.
Alij vero fidem susceperūt sed ab ea

recesserunt: et alij fidem quam susce-
perunt retinēt: sed eius opera negli-
gunt. Hec autē oīa faciunt vt liberi fi-
ant serui. heredesq; per tēporalia red-
duntur exules. quia ratio dominādī
porta ē p peccato prout ait aug. li. p.
de ci. c. xv. Rectū illa vera est roma-
norum opinio qui per fidez infelices
se factos dicunt. Reminiscantur que-
so illius hystorie quam narrat salu-
stius apud eos autenticus quā etiā
cōmemorat aug. liij. de ci. ca. xvij.
Narrat enim qz res romana seu ciui-
tas romana aū fidei susceptionē a hā-
nibale sic oppressa fuit. totq; milites
romani exercitus corruerunt qz han-
nibal inuasor ipsorum tres modios
plenos militū romanis in quibus tan-
tummodo annulerant qui de digitis
militū romanorum extracti fuerāt
qui quidem milites omēs corruerāt
Quis enim casum grauiorem legit.
nec tamē fidei xpīane quam nōdum
nouerāt imputare possunt. Potius
ergo studeāt imputare peccatis. qm
vt ait aug. in suo tractatu de exordio
romane vrbis. deus permisit roma-
nos flagellari. qz seruus sciens volū-
tatem domini et non faciens plagis
vapulabit multis. luce. liij. Nam in
ignem ponitur aurum vt purificetur
et cuz tribula triticum purgatur. sic
enim puniti fuerunt vt puerterētur.
vnde iosephus iudeos alloquens sic
inquit. Si vobis obest longeva per-
secutio. quid dicam ignoro. nisi quia
scio qz illis bene est cū quibus deus.
quasi diceret qz si eis male ē hoc ideo
eis accidit: qz ipsos ppter pctā deus
deseruit. Quemobrez ipse iosephus
egesippus. li. vi. sic dicebat. Deus in

quis vos deseruit. qz pietatis cultum deseruistis. speratis eni dñm sed qui vos defendebat migravit ad hostes q autē colebatis romani venerantur vos autē offendistis. Hec enim verba diriguntur iudeis existentibus in captivitate romanorū. unde ibidez subditur. Non in multitudine. sed in timore dñi ab abaz penetravit egyptum dormiebat abrahaz et torquebatur pharao. Moyse contra egyptios orabat. Josue gedeon ezechias nō virtute sed orōne pvaluerunt. qm nō in multitudine exercitus belli victoria. sed de celo est fortitudo. vt dicit. i. machab. ii. et iud. viii. Si deus nobiscus est. cur apprehenderunt nos hec omnia. i. mala quasi diceret q mali non habent qui cū deo sūt perfidem. Quapropter aug. epla prima fidei xpiane impugnatores sic alloquitur. Qui eni ausi sunt fidem christianam impugnare dent precor sine fide tales mites. tales ritus tales iudices aut reges quales christiana lex cōmendat. Exibeant p: o laboribus talem mercedē sicut fides promittit. Nostra siquidem lex continentiam beniuolentiam iusticiā atqz concordiam predicat. Nūquid eni hec omnia hōesta sunt. Fortassis tamē ignara mens sit querula cum illa audit rationem quorū ignorat. illa qz credere recusat experimento que nō videt. Horum enim ignominias redarguit aug. xxi. de ci. ca. illi. dicens stultum fore eorū que creduntur. postulare rationes. quia in naturalibus plerū fatemur quorū rationē ignoramus. Cur eni intratis si audis corp⁹ igne cremari. nec tamen consumit. Nam si

cilie montes vsqz nunc. et deinceps flammis estuant et integri perseuerant. Non ergo cōsumitur omne qd ardet. Nō est ergo incredibile hominū corpora sempiterno supplicio in igne puniri sine detrimento. Unde ibidem augustinus. Quid inquit nisi si deus dedit carni pavonis. vt non putrefiat. quod tamen auditu incredibile videtur. Accipit vt apud cartaginē hec avis cocta nobis apponeretur. de culis pectore seruare iussimus hec tamen aliquid putredinis inuenimus. Unde post dies plusqz triginta nulla corruptio inuenta est. nisi qd aliquantulum corpulentie siccioris et contractioris fuit. Quid inquit augustinus. Dedit palee. vt poma immatura maturer. vel vt obuias nives seruet quid est q ignis cui pulcherrimus sit calore lignum denigrat et lapides dealbat. quid est q aqua frigida que intumescatur igni calcē feruere facit. oleum tamen quod magis est fomes ignis nulla sui perfusione feruere facit. Hoc eni mirabile si de aliqua indie regione legeremus siue audiremus et in nostrum experimentum viuere nō posset perfecte vel mendacium putarem⁹ vel grāditer miraremur. Quid de magnete dicemus qui ferrū rapit. si tamē adamas ei iungatur. tunc ferrū quod rapuerat mox remittit. hec ang. Que omnia hic adduxi qz nō est quorundam experientia eorum que creduntur nec minus credenda sunt experimento si careant unde genef. xv. dicitur q abrahā credidit deo et reputatum est ei ad iusticiā.

¶ Ca. v. de consolatione spet.



Spes cōsolat mēte
et vīres eluat labo-
res pariter ferre lar-
gitur vñ seneca in hy-
polito. *Spes aman-
tium credula et luca.*
li. ij. liceat sperare timēti. nā spes p̄bet
opanti vīres terminādī op⁹. vñ oul.
li. ep⁹ az. Spes bona dat vīres. spes
*bona vīcta timore capit. fallit augu-
rio spes bona sepe suo. Ex q̄bus ver-*
bis apparet q̄ spes bona consolidat
operātes qua deficiente tepescit. vñ
tibullus li. iij. Spes fouet et melius
cras fore semper agit. Itaqz per spē
sperant oēs bonū eis affuturū. Sed
frivola spes est illozū qui bonum ex-
pectant quod mereri nō student. gal-
terus in gestis alexādrī magni. spes
quam meritum propriū nō preuenit
a spe deuīat et verum dat ei presum-
ptio nomen. Cur enim in eo speras
quod tibi meritis acquirere non vis
Cur enim speras nisi desideres. et si
desideras. cur nō queris. Itēvera nō
queris si habenti quod petis nō sub-
seruis. Q̄ vana spes multozū est.
Polares enim credunt deum propi-
cium eis cuius precepta contemnūt
Alii quoqz iunentutis pretereūt di-
es absqz operibus bonis et in dieb⁹
senectutis se bene facturos confidūt
Sed quis de longena vita securus
est. Stultus ergo est qui spem in vi-
te sue diuturnitate ponit. et q̄ sub spe
vīte brevis alterius successionem ha-
bere confidit. Stultus etiaz qui suis
somnijs spem adhibēdo credit bonū
affuturum. Quos omnes redarguit
cato. Somnia ne cures nam mēs hu-
mans quod optat. Duz vigilat spes

rat. per somnium cernit idipsuz. Stul-
ticia est in morte alterius sperare sa-
lutem. Tempora longa tibi vite pro-
mittere noli. Quocunqz Ingrederis.
sequitur mors corporis vmbiam.
Non igitur hec spes habēda est. sed
illa de qua propheta. Beati qui spes-
rant in domino spera in eo et ipse fa-
ciat. Plures autem in deo spes non
ponunt: sed abiecia spe future glorie
omne quod possunt hic gaudium li-
cet vanum accipiunt. Dicit enīz quis-
tū. causa p̄ima. Nichil esse difficulte-
us q̄ differre gaudium quod verum
est de his qui vīsa tantum modo cre-
dunt. et licite sperādīs animas suos
minime allicitunt. Dicunt enim illud
oul. iij. de tristibus. Deniqz non pos-
sum nulla; sperare salutez. Cuz non
sit pene causa cruenta mee. Hoc enīz
plurimi dicunt. Duz enīz affliguntur
se causaz habere omnes negant et q̄
prauius est. de salute nō sperāt. Ut
nam dicerent illud oul. iij. li. de pon-
to q̄. nūc sit semper meritis indebita
nostris. magna ramen spes est in bo-
nitate dei. Nam teste seculio in car-
mine paschali li. iij. Nil difficile ē cō-
ferre deo cui adest. facultas. vt scilicet
possit planare curua mitigare dura.
et quicquid natura negat se iudice p̄-
stat. Et in carmine de mediatore. Hic
homo qui deus est spes est. antique
p̄lorū spes in fine pijs hic homo q̄
deus est. quia scilicet christus spes fuit
antiquozū patruz. Est etiam spes
finalis iustozum. Nam et ipse homo
et deus est. Deus autem spes cūm
p̄fiteretur. vnde orator li. ii. Certe que
humanum transcendunt gaudia vo-
tum. hoc facile est p̄stare deo cuius

neris vsus fit potior que nemo putat
 Stulti ergo sunt qui se bona habitu
 ros diffidunt: ea si fecerint que debet.
 sed fortassis ideo confidentiam per
 dunt: qz incessanter cupiunt et quod
 possident perdere metuant. Contra
 quos seneca epistola. v. ad lucillum
 Apud carbonem nostrum inueni cu
 piditatu finem etiam ad timoris re
 media proficere. Desines iquit time
 re si sperare desieris: qz scilicet illi cu
 timore viuunt qui semper sperant ea
 ea que secuta non sunt: nec sperat in
 eo cuius est prouidere cunctis. Fe
 lices eni esset: si spe pretermissa vano
 rum fiduciam totam in domino ap
 ponerent. Nam teste sene. epistola.
 xij. Ille beatissimus est et securus sui
 possessor qui crastinum sine sollicitu
 dine expectat: dicente domino ieuā
 gelio. Nichil sollicitis sitis. Ue igit
 tur illis quoru spes posita est in mi
 do. Labilis ergo et caduca: sed pau
 pertas experditra est et secuta: ut po
 nit seneca epistola. xvij. Omnis eni
 qui confidentiam mortalibus prebue
 runt maioris sue necessitati succurere
 non valuerunt. unde narrat valerius
 li. vij. qz cum rex ganges vel fm alios
 giges rex lydorum opulentissimus
 etiam ab appolline petijt: an aliquis
 mortalium ipso felicior esset: voce qz
 audiuit dicentem agilaum sophidū
 eo feliciorē. qui tamen agilaum
 pauperrimus erat: etate qz senex: et
 tamen sui campi merbas nunqz ex
 cesserat. Ratio vero cur felicior erat:
 hec est qz pauper iste securior. rex au
 tem prefatus in fortuna timidior. 40
 Lucanus li. v. O vita tuta facultas
 pauperis. et iuuenalis li. liij. Lanta

bit vacuus coram latrone uiator. Ita
 qz in diuitijs spes nullatenus consti
 tuenda est eo qz in ipsis nulla est se
 curitas. Unde tibal. li. j. Diuitias ali
 us fuluo sibi congerat auro quem la
 bor assiduus vicino terreat boite. et
 subdit. Me mea paupertas vita tras
 ducat inerti dum mens exiguo luce
 at igne focus. Et ibidem li. ij. Non
 me regna iuuant non lidius aurifer
 amnis: nec quas terrarū sustinet or
 bis opes. hoc alij cupiunt liceat mi
 chi paupere cultu securo uite munes
 re posse frui. Que oia cōcludūt nul
 lā in terrenis fore securitatē. In qb
 tamen fere oēs spem suam constitue
 runt. quē obrem in spe falluntur sua.
 eo qz in bonis eternis cōsolationem
 sibi affuturā nō prestituunt: in quoz
 spe ois consolatio solidatur.
 ¶ La. vi. de perpetuitate anime et de
 spe uite future.



Alma de nichilo crea
 tur et nō educit de po
 tētia materie: ut plu
 res putauerūt heretici
 dicētes qz cū cor
 pore generalis natura

li. semine corrupto qz corpore corru
 pt. itaqz post hanc uitam nullā alia
 sperantes lubricitatē atqz voluptatē
 summas felicitatē crediderunt. Cui
 opintonis fuit aristippus: ut in p
 bus passibus narrat aug. de ciuit. dei.
 De talibus loquit tui. li. ij. de tuscula
 nis qst. o. Quides iquit nō nullos pe
 cunie cupido et glorie multos libidi
 num seruos. Et pollicratius. lib. viij.
 ca. i. Mundū dimēsi sunt nature va
 rias scrutati sunt causas et quasi mo
 la gigantes intumuerunt induruerūt

qz bellum gratie dei. sed delecti sunt
 dum alleuaretur. vnde ad romanos
 primo. Deus illis manifestauit: z tñ
 euauerit in cogitationibus suis. et
 obscuratū est insipiens cor eorūz di-
 centes se sapientes stulti facti sunt.
 Mirū enī si philosophi post hāc vlti-
 tā naturali dictamine dicere tenean-
 tur aīam nō perpetuari. Mirū insup
 si post hanc vitā alia non debeat spe-
 rari: qz legebā nuper aristo. lib. de po-
 mo dicentes animā virtuosaz suo de-
 beri creatori: cōiungi: hoīeqz vliente
 affirmant animā in carcerari. Itē pla-
 to in thimeo dicit qz aīa ad hoc con-
 iuncta est corpi: vt scētiāz virtutes
 teneretur. Si autē venerit cum feno-
 re magno a suo creatore begine su-
 scipietur: si aut non religabitur ad in-
 ferna. Ex his ergo cōcludit qz natu-
 rales philosophi dicere tenent aīaz
 humanā creatā de nichilo fieri: z ex
 cōsequēti ipāz ppetuari. Pro cuius
 ampliori declaratione quattuor oc-
 currunt rōnes. Prima rō est: qz ani-
 ma inte! lectua est indiuisibilis: ergo
 est incorruptibilis: psequētia clara
 est: qz indiuisibile non potest alterari
 vel attingi ab aliquo corpālīz antece-
 dens patet p aristo. iiij. de aīa dicen-
 tem qz intellectus est simplex immix-
 tus et ppetuus. Item patet rōne: qz
 aīa intellectua est locus specierū vt
 dicit iiij. de anima. Si ergo spēs lo-
 cum nō occupat vt deducit: sequitur
 qz aīa est indiuisibilis in qua recipiū-
 tur: qz quicquid recipit in aliquo reci-
 pitur ad modū recipientis. Sed qz
 species nō recipiant occupariue sa-
 tis patet. Quis enī tam ebes est vt
 dicat spēs seu conceptus humanos

locum occupare. Nam tunc dicere
 oportet virū multū sapientē nō posse
 se sapientiozem fieri: qz sui concepti
 totaz eius animā occuparent. Itaqz
 noui cōceptus non possent supaddi
 quod dicere ridiculū sū est. Ideo dice-
 bat actor sex principiorū qz aīa nul-
 lum locū occupat. Secunda rō est
 qz anima libera est eo qz habet liberū
 arbitrium: vt patet per boetūz. v. de
 cōso. Ergo non subest influentijs su-
 perioribus: z p cōsequēs nō est corru-
 ptibilis. Itaqz si eis subesset: tunc etiā
 tanqz brutū scōz diuersitatē influen-
 tiarūz necessitare ē: cuius oppositūz
 experit. Ideo sene. in suis tragedijs
 li. iij. narrat qualiter oīa entia natu-
 ralia in certi legibus stabilitas sunt
 quas non possunt relinquere. homo
 vero nullas habet leges quas nō frin-
 gere non possit. Concludamus ergo
 cum aristote. primo de anima. qz ani-
 ma seu intellectus est quid diuinum
 et immortale. Tertia ratio est. qz ani-
 ma seu intellectus reflectitur supra
 se qz experimur qz aīa cognoscit se co-
 gnoscere p actūz reflexūz quod non
 potest facere aliqua virtus seu poten-
 tia organica vel corporalis. ergo aīa
 est res spūalis z cōsequenter incorru-
 ptibilis. Ideo dicit aristo. ii. de anima
 qz intellectus est separat⁹ an alijs po-
 tentijs sicut perpetuum a corruptibī-
 li. Quarta ratio est: quia iusticia est
 virtutum preclarissima: vt dicitur. v.
 ethi. Debet igitur maxime cōuenire
 primo enti. cūz ergo experimur in vlti-
 ra presenti plures impios sublimari
 et iustos calūniari z opprimi ponē-
 da est vita post hanc vitam in qua iu-
 sticia vultūz fiet. alijs enī dicere

oportet vniuersum per iusticiam non
regulari atq; supremum iudicem in
iusticia non illustrari quod incredibile
apparet. Ex his ergo rationibus con-
cludere possumus animam esse perpe-
tuam. aliamq; vitam post istam de-
bere sperari. Ex quo sequitur qd ante
ma de potentia materie non educit-
tur: sed potius de nichilo creatur: vt
prius notabat. Ideo dicebat theop-
hastus philosophus: qd iter omnia mi-
randa in rebus naturalibus miran-
dum est de anima. Hoc enim narrat
commentator auerrois primo de a-
nima. His rationibus tamen non ob-
stantibus: plures in speculis vanitas
mundum vt paradisum elegerunt
qui similes sunt tygridi: de qua nar-
rat plinius naturalis qd a venatoribus
per specula frequenter decipitur. vn-
de venatores catulum suum sibi vo-
lentes auferre in via specula ponunt
cunq; venatores catulum suum depor-
tant ipsa tygris venatores insequit-
ur. sed in via specula inueniens in eisq;
suam similitudinem perspicuens catulus
suum putat se inuenisse. sicq; catulus
suum perdit et deportari permittit.
Similiter faciunt mundi amatores
q; leticia vanam cum habuerint pa-
radisum inuenisse credunt: et ita catu-
lum scilicet animam eis collatam dam-
nari permittunt. Unde venatores sci-
licet demones humanam fragilitatem
cognoscentes eorum oculis specula
mundane humanevanitatis prepo-
nunt: vt in eis delectari atq; quiesce-
re studeant: celsamq; felicitatem acq-
rere pretermittant.

**Capitulum septimum de charitate
et bona amicitia.**



Amicitia omnis boni
exordium est si bona
fuerit: tunc bona vero
est: si inter bonos ex-
stiterit. Alijs ei amicitia
nuncupari non vide-
tur: qm amicitia preciosissimum gen^{us} est
diuitiarum. Inimicorum autem fedus
non preciosum sed vile est. Ergo ami-
ci fieri studeamus: amicitiaq; in chris-
to sit. Tunc enim prosperabimur in spi-
ritu mutuis monitionibus et orationibus
et in corpore mutuis subsidijs atq;
adiutorijs tunc eadez erit voluntas
idem desiderium. Quid enim melius
aut optabilius his. quem obrem seneca
epistola. i. j. dicit qd ubi est idem velle
idem nolle ibi dulcissimum et honestis-
simum manere est. quoniam concu-
sus sensuum et unitas voluntatum tan-
tum rivuli amicitie scaturiant. Unde
ambrosius. iij. de officiis. Custos inquit ple-
tatis est amicitia que facit vt superio-
rum inferiorum se exhibeat equalem: et in-
feriorum superiorum. inter enim dispares non
potest esse amicitia. Plurimum ta-
men amicitia fallax est et in momen-
to deficit. Et ideo ecclesiastici. xij. di-
citur qd non cognoscitur amicus in bo-
nis: nec inimicus in malis: sed lex ami-
citie hec est: vt non plus vel minus ve-
lit diligere qd diligat: vt inquit tullius. li. j.
Mempe beatus augustinus. li. iij. confessio-
num. verum amicum se habuisse nar-
rat. Unde ipso mortuo plangebatur
dicens qd perdididerat dimidium vite.
Et ibidem concludit qd non est vera
amicitia nisi fuerit conglutinata cha-
ritate. Huius enim amicitie christus
exemplum dedit. luce. xxi. dicens. Non
dico vos seruos sed amicos seneca

epistola. ciiij. Quēdam plangentē fili
redarguit dicens. Quid inquit face-
res si amicum perderes: ex quo paruu-
lum incerte spei sic plangis: quasi di-
ceret q̄ filio preferendus est amicus
si verus fuerit. Sicut tamen dicit tul-
lius li. i. de offi. In amicitia nulla pe-
ssimatoz est q̄ adulatio et vitiosa si-
mulatio que verum iudiciū tollit et
amicitiā adulterat. vnde aug. x. cō-
fessio. dicit q̄ amici adolantes ami-
citiā pervertunt: et inimici litigantes
plurimum corrigunt. Nec tñ amici
sunt quoz bona diuidunt: quoniam
sicut dicitur ix. ethi. et cōmentator ibi
de3. Amicis est anima vna et omnia
cōmunia. nec est amicus: nisi amico
cor suū prebeat: vt ponit tul. vbi su-
pra. et aug. iij. cōfessio. dicit q̄ amici-
tia dulcis est propter bonitatem ani-
mōz. et qui amicus est amico omnia
cōmunicet. Prima tñ lex amicitie ē:
vt ab amicis honesta petamus. inq̄
tul. vbi supra: vnde valerius li. iij. ca.
vj. de pluribus narrat quoz vnus
pro alio hostibus se obtulit. Itē nar-
rat de duobus qui dicebant damon
et pithas qualiter cum dionisius ty-
rannus voluit vnum occidere alius
exposuit se morti. quod cum vidisset
tyrannus admiratus supplicium re-
misit. Nam et aug. iij. cōfessio. de a-
mico loquens dicebat. Nescio inq̄
an vellē pro illo mori. Similiter em
legitur de horeste et pilade q̄ magis
eligebant simul mori. q̄ non simul vi-
uere. Et enim si attendamus homo-
em natura amari debet quoniam dicit
seneca li. iij. de benefi. Hominem
nō faciunt ungues neq̄ dentes terri-
biles: sed nudus natus est: vt nulli vi-

deatur inimicus. et ibidem concludit
q̄ societas dedit homini dominū ani-
malium et imperium gentium. His
itaq̄ sermonibus patet q̄ utilis sit
societas atq̄ amicitia quam plurimi
veteres habuerunt. Vnde fertur de
duobus mercatoribus qui ita se dile-
xerunt: vt vnus eorum qui egyptus
erat uxorem propriam pulcherrimā
alteri amico relinqueret: eo q̄ ipse
amore languebat: quam tñ uxorem
ipse egyptus nunq̄ cognouerat In
processu vero tēporis contingit egy-
ptiū propter homicidiū mortis cōdē-
nari q̄ sciens amic⁹ qui beneficiū su-
sceperat venit dicens homicidiū fe-
cisse: et loco illius se moriturū obtu-
lit malebat enim pro amico mori q̄
amicū mortis irremuneratū. Ideo sa-
piens dicebat: si inueneris amicum
fidelem sit tibi sicut anima tua. Sed
reprobandi sunt hi qui amicos que-
runt vt ab eis illicita obtineant. Cle-
runt tamen teste tul. lex amicitie est vt
non rogemus turpia nec faciam⁹ ro-
gari. Sunt etia3 redarguendi qui om-
nes putāt amicos. Ideo sapiēs. mul-
ti inquit sint tibi pacifici: vt vnus sit
consiliarius ex mille. Amicus tu⁹ de
de quo attēdas q̄ bonus sit. Mā ma-
ximū genus infortunij scias tibi cō-
tingisse si de pueris amicum facias: aut
si amicum te habere putes cū nō habe-
as. Sed nunquid experimur malos
frequētius ceteris amicari: feruētio-
riq̄ federe sibi inuicē adherēt q̄ pluri-
mi quoz fama virtuosa p̄mulgatur
Vltimū tamen teste tull. iij. de offi. In
malis fictio est: in bonis vero amicitia.
vnde aristot. viij. ethi. describens
tres species amicitie ostendit ipsas

cōsistere in triplici genere boni. Omnis ergo amicitia in bonis est. Unde augustinus confessionum. Statim post principium dicit quod non est amicitia nisi inter habentes charitatem. Qui enim ex charitate se amant. sunt de numero eorum de quibus hieronimus dicitur. Omnis amicus fraudulenter incedit. tales non charitate sed utilitate sepius federant iuxta illud ovidij de ponto. Vagus amicitias utilitate probat. Quemobrem talis amicitia minime durat aut saltem necessitatis tempore. ut communiter non perseverat. Verum naturalis amicitia bene perdurat. Nam declarat aristoteles. vij. ethi. Fratres se diligere mutuo debere. quia eandem naturam communicant. Et signanter illi qui in christo fratres sunt atque legem christi nam professi sunt. illi potissime diligere debent. quoniam frater qui iuvatur a fratre quasi firma civitas. ut inquit scriptura. Narrat enim valerius li. v. ca. v. quod cum quidam miles in castris pompeii alium quendam militem interfecit ipsumque facientem spoliaret. statim ut suum fratrem germanum esse cognovit. deos de tanta impietate victorie criminari cepit. Unde preciosa veste fratrem suum operuit mortuum et proinus eodem gladio suo quo illum interfecerat pectus suum penetravit. et super corpus fratris sui sepelendo flammis seipsum cremandum exhibuit. Idem etiam narrat augustinus lib. ii. de ci. ca. xvi. Insuper valerius ubi supra narrat de fabio qui triumphus victorie sibi oblatum respuit. quia frater suus in illo prelio ceciderat. Si ergo christiani lege et natura fratres sint per seipsos merito certare debent. nullaque discēssio

inter fratres debet oriri. nam li. vii. ecclesiastice historie ca. xix. narratur de duobus qui ipsi stagnum unum commune habebant. sed concordēs esse non poterant. unde bella mortalia que plurima commiserunt. Ad quos divina providente gratia greg. cesariensis pervenit. et videns fratrum furiam pro modici stagni divisione sic dicebat. Nolite o filij rationales animas vestras pro mutis animantibus scilicet pro piscibus violare: ne queso fraternam pacem cupiditas dissolvat. Et subdit ibidem pro oratione fusa aque illius stagni evanuerunt. et ubi erat stagnum usque in hodiernum dies campus habetur. Sic etiam ipse postulabat ne fraterna pax dilueretur Insuper narrat pompeius li. ii. quod perces se deberere gem esse affirmabat. sed cum frater suus obliteret ipsi pariter causam afferre paterno suo commiserunt qui cognita causa perces preposuit. cuius frater contentus extitit Itaque omne litigium sopitum fuit muneraque sibi invicem dederunt. Merito igitur increpandi sunt christiani qui pro similibus tota die pugnant nec fratrem liberare sed potius invadere petunt. ¶ Capitulum octavum de vera amicitia et de eius utilitate atque fidelitate.



Certe tullio de amicitia. Amicitia omnibus rebus humanis proponenda est nichilque est nature tam aptum tanque convenientius ad res prosperas vel adversas quanta sit vis amicitie. et subdit. Est autem amicitia nichil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benivolentia et charitate communi

senso. Idem tullius in rhetorica se-
cunda. Amicitia est voluntas erga ali-
quem bonarum rerum illius ipsius.
causaque diligit cum pari voluntate.
Ex quo aperte apparet quod amicitia
paritatem semper pretendit. Unde
secundus philosophus. Quid est a-
micitia. equalitas animorum. Quid
amicus desiderabile nomen. homo
vix apparens infelicitatis refugium
inde finis felicitas. Nempe amicus
raro inuenitur. in penuria propicius.
et indefinenter amicitur. Alias enim
amicus non est. Aliqui autem amicos
se dicunt cum bona dederunt quedam
sed amicus non es. nisi te ipsum ani-
mumque dederis. Unde seneca li. vi.
de benefi. Nescis quantum sit amicitie
precium: si non intelligis te et datu-
rum quem diligis. Item seculis rarum
que non alibi magis deest quam ubi cre-
ditur abundare. quia sepius creditur
amicitia magna ubi nulla est. Ceterum
tamen amicitie munus omnium vir-
tutum munera confert. et quod duo sunt
ad unum redigit. mirabilique paritate
disperes vnit. Unde calcidius in pro-
hemio super thimeo platonis. Tan-
ta ut opinor est vis amicitie quod pari-
ficat res ex se diuersas. cum alter ex
amicis alteri voto complaciti ope-
ris administrat effectum nam amici-
tia multos dispares coadunat. Nec
tamen vera est amicitia eorum qui quis-
dam stulte diligunt. atque volendo a-
micitie donum exhibere se ipsos dan-
tificant et concurrunt. quos redargu-
ens catho sic ait. Dilige sic alios. ut
sis tibi carus amicus. Sic bonus esto
bonis ne te mala damna sequantur.
Talis igitur absit amicitia. sed vera

et discreta non pretermittatur. quia
teste eodem cathone. Utilius regno
est meritis acquirere amicos. Et he-
ceton stoicus quicquid profecti hoc est
quod amicus esse cepti. Nil igitur amicitia
utilius. nil in rebus humanis des-
iderabilius. unde quintilianus cau-
sa. viij. Non reperio in rebus huma-
nis aliquid prestantius amicitia. Et
subdit. Quid enim fore humano ge-
neri felicius. quam si omnes possent
esse amici. Omnia enim mala disces-
derent. Unde in prover. sapientum
dicitur. Quid dulcius quam habere ami-
cum cum quo omnia audeas. quem
sic credas ut te. cui sic loquaris ut te
cum multi tales amicos habere vo-
luerunt et ipsi tales esse non possunt
unde tul. li. de amicitia preallegato
cōsimilem ponit sententiam. Rursus pa-
amici prodest. nisi amicorum constans
et fidelis adhesio fuerit. unde seneca
in thieste quos verus amor tenuit te-
nebit. unde augustus cesar amicitiaz
non facile amittit sed constantissime reti-
nuit ut refert suetonius li. ij. Nam a-
micus non est qui cito deserit amicum
nec amicus qui de amico cito male iu-
dicat. Tullius li. de amicitia boni vi-
ri et sapientis est hec duo tenere. in a-
micitia primum est ne quid fictum aut
simulatum sit. nam aperte odisse ma-
gis laudabile est quam occultare sententi-
am. Deinde suspicionis non debet ef-
se nec existimare aliquid ab amico ef-
se violatum. Nempe cum suspicatur
tam amicum habere non arbitrat. Heu
quot sunt verbales amici qui tem-
pore necessitatis recedunt qui nullum
diligunt nisi quantum beneficia suscipi-
unt. Cum valerius li. iij. Dicat siue

re fidei amici precipue in aduersis rebus cognoscuntur. In quibus quicquid prestatur a constanti beniuolentia proficiscitur. nam gratum beneficium est quod mercedis suspitione caret Absit tamen ut aliquis credat amicorum occasione se peccare posse aut obsequendo ea debere agere que prohibentur. nam teste tul. li. de amicitia. Nulla est excusatio peccati si amici causa peccaueris non debet ergo in malis amicus obedire amico. unde valerius lib. vi. ca. liij. narrat quod cum rutilius amico indigna petenti non obediret. tunc amicus dixit. Quid michi est opus amicitia tua. si quod rogo non facis. Cui rutilius imo quid michi tua. si propter te aliquid in honeste facturum sum. ideo catho dicit. Quod iustum est petito. vel quod videatur honestum. Nam stultum est petere quod possit iure negari. Non ergo exigit amicitia cura pro se multo committi nichilominus teste claudiano in maioribus multis delicta fuerit nexus amicitie. quia scilicet multis amicorum occasione peccauerunt. Hoc tamen absit quia teste tul. de officiis. amicis non tribuere quod recte possis et tribuere quod non sit equum contra amicitie officium est. itaque saluo conscientie iure. amicus amico succurre debet: ea postponendo que possessio continet terrena. Unde sidonius li. ij. non magis cordi esse debet. aut voluptati ager cum redditibus amplius quam amicus aut vicinus sibi ipsis equalis. Omnis enim amicitia paritatem pretendit. Si ergo par est amicus tibi quomodo preponas amico tuas opes. si te sibi parez plus opibus dili-

gas. Hoc enim si feceris nec paritas nec amicitia est. cum galterus in alexan. lib. viii. dicat quod inter equales. et inter pares est nodus amoris. Diligamus ergo animo equo amicumque moribusque sanis eligamus. ne vitio ruz eminente turpitudine amicitiam iure deserere oporteat. Nam quod honestum est amare natura postulat quod autem obliquum deus diligere rationi molestum est. unde tul. li. ij. de officiis. quod inquit id ipsum quod honestum decorumque dicimus per se nobis placet Idcirco illos in quibus hoc esse arbitramur naturaliter diligere cogimur. et li. de amicitia nichil est ratio aptum nature tanquam conueniens sicut amicitia. Sed hanc scio debere in solis bonis esse. Sed precor vereantur qui vere amicitie fedus seruare recusant. Nam minime attendunt quomodo diligant dummodo etiam quod diligunt sub titulo proficiant nec attendunt si bonus sed si diues et in obsequiis prodigus Ea autem que possident ipsorum ita sunt ut communicare non audeant. nisi si communicando sua bona ampliari videant. amicorum tamen omnia debent fore communia. Terentius in adepheis vetus verbum hoc est communia esse amicorum inter se omnia et salustius in catilina. Idem velle. et idem nolle ea demum vera amicitia est. itaque etiam si quis a culpa vacuus in amicitiam prauorum incideret quotidiano. usu atque illecebris facilliter similis ceteris efficitur Laueat ergo qui amat ut quod diligit bonus sit. in malo enim amicitia non est. Unde idem salustius in iugurthino. Omnes eadem cupere eademque odisse inter bonos amicos

tia. et inter malos fictio est et non ami-
 citia. Quomodo enim amicitia esset
 ex quo peccatur eos copulat. Mem-
 pe vnum vitium aliud trahit. et si au-
 rus fuerit amicus forte superbus erit
 si autem superbus ira superueniet. ec-
 ce qualis amicitia. nulla enim est ex
 quo peccato maculatur. Quis enim
 diuisit angelos amicos supbia. Quis
 fratres primos auaritia. Sic et plu-
 res qui putantur amici similibus ex
 causis dissoluntur. Nam inter ami-
 cos debet fore charitas sine temerita-
 te. comunitas sine cupiditate. unde
 seneca epistola. xlviii. Consortium re-
 rum omnium inter nos facit amicitia.
 et subdit. Omnia cum amico comunita
 amicus habebit. Nam pythagorico-
 opinio fuit amicorum omnia esse com-
 munita et amicum esse alterum seipsum.
 ut refert hiero. contra rusinum unde
 ovidius li. de tristibus. Hi duo corpo-
 ribus mentibus vnus erant et loquitur
 de amicis. et arator libro. ii. repel-
 lit in diuersa trahens cum spiritus effi-
 cit vnus queuantitas ex concordia ve-
 nit. Concordia vero in bonis est. unde
 prosper. li. epigram. Moribus in-
 iuncti pulchra est concordia pacis. O-
 igitur posco inquiramus quo pacto
 queat vera amicitia vendicari. Audi-
 amus ovidium li. ii. de arte ita dice-
 tem. Et amaris amabilis esto. dulci-
 bus est verbis alliciendus amor. Un-
 de matheus li. de thobia. Est brauius
 dignus amoris amor. et hecaton sto-
 icus si vis amari ama. Ex quibus ap-
 paret quod nullo laqueo amor tam cito
 capitur sicut amore qui obsequio-
 dulcedine conseruatur. unde catho.
 Vincere cum possis interdum cede so-

dali. Obsequio quoniam dulces retin-
 entur amici. Ira odium generat con-
 cordia nutrit amorem Sunt quidam
 qui ferre decet patienter amicum.
 Itaque metuis patientis amicabile
 conuictus seruatur verbisque beniuo-
 lis exhortationibus et iustis increpa-
 tionibus inter sapientes amor solida-
 tur. unde tul. li. i. de off. Vita victus
 consilia sermones exhortationes in-
 terdum. et obiurgationes maxime in
 amicitia vigent. illa quoque est iocundis-
 sima amicitia quam similitudo con-
 iugauit nec mireris si libeat redargu-
 ere te amicum. quia redargutio amo-
 re prolata sapienti placet. Ceterum
 suscitetur cur inter homines amicitie
 non parent. Aut enim homines sunt
 quales non fuerunt: aut veteres sicut
 nec presentes se mutuo dilexerunt quod
 absit. Quod igitur dicendum libeat
 non occurrit nisi quod imparitas volun-
 tatum et distinctio desideriorum amicitie
 detrahit. Nam teste oratio in suis
 epistolis. Oderunt hylarem tristes tri-
 stemque iocosi. Sedatus celares agi-
 lem quantumque remissi. Potiores bibu-
 li media de nocte valent. Oderunt
 porrecta negantem oculos. Itaque gulo
 si ab cenosis non amant nec lubrici ca-
 stos Quobrem appetituum varietate
 confundit amor. Impiis ergo non
 est fedus amoris exhibendum. eo quod
 contrarii amoris impedimentum ha-
 bent. unde plautus in aulularia. Con-
 uentus bachorum et ioca frivola non
 quero ut amore partiant utinam nichil
 odiosum darent. Talibus igitur in-
 eptis desideriis vere delectationis con-
 tradicit sepe. Rursus aduertit fre-
 quenter quosdam fore amicos non ho-

minuz sed munerū. Hi sunt sodales
nō amicitie sed fortune de quoz ami-
citia iquit seneca. epla. lx. Qui vtilita-
tis causa assumptus est tā diu place-
bit q̄ diu vtilis fuerit. Nam circa di-
uites amicorū turba circūfedit: sed
circa euerfos solitudo est: q̄ tales fu-
giunt amicitūbi probātur. vnde var-
ro in sententijs suis. Si vis amicitū ex-
periri calamitosus fias. et quintil. cā.
xy. Nescis iquit an diligat cuius ex-
perimēta nō habet nisi felicitas. plu-
res enī in felicitate diligunt. sed ad-
ueniente infortunio disparent: q̄ de
est fortuna gratia cuius amabant.
boetius de cōso. iij. Quēcūq̄ felici-
tas amicū fecit: infelicitas faciet eē
inimicum: nulla pestis efficacior ad
nocendū q̄ familiaris inimicus. Nā
causa deficiente amoris nūmrum si
deficit zelus antiquus. Nam tarqui-
nus exilio datus. tunc primo cogno-
uit quos fidos habuit amicos. In
prosperitate enim nō cognouerat vt
narrat tullius libro de amicitia. De
talibus ait ouidius li. de pōto. Cui
gus amicitias vtilitate probat. Re-
uera tamen prout dicit idē oul. Tur-
pe se qui casuz et fortune credere a-
micū. Et nisi sit felix esse negare su-
um. vnde ipse ouidius in exilio pos-
tus libro de tristibus suis amicis di-
cebat. Uix duo tres ve michi de tot
superestis amici. Cetera fortune nō
mea turba fuit. Illud amicitie sanctū
et venerabile nomen. Re tibi pro vi-
li sub pedibus iacet. Donec eris fe-
lix: multos numerabis amicos. Tē-
pora si fuerunt nubila solus eris. et
petronius. Cum fortuna manet vul-
tuz seruatis amici. Quz cecidit tur-

piuertitis ora fuga. O qualis amicitia
reuera ficta est nulliusq̄ precij nē-
laq̄ sollicitudine querenda est. naz tes-
te carbo Una dies qualis fuerit mō-
strabis amicus. Proch dolor tamen
vt dicit matheus in libro de thobla.
Fluctuat ad sensuz venalis amicus
egenuz nec verus refouet nec fabul-
catus amor. Marcialis coc^o hic quē
mensa tibi quez cena parauit amicitū
Apruz amat et pullos z sumenz o-
strea non te. Taz bene si tener est nō
iter amicus erit. Tales enī amici sūt
empticij sermonibusq̄ tantū modo
continguntur. Mentē vero vel factū
minime adherēt. vnde tullius lib. ij.
Ne vos decipiat pēdētia brablia col-
lo Ne capiat blanda sordida lingua
prece: quia scilicet a talibus cauendū
est. Unde sedulius in carmine pa-
sca. libro quinto. Traditor immittis
ferus proditor impie latro. Quid sa-
nuz simulas et amicitū fraude salutas
Deu quales q̄ ficti amici. Nam pre-
sentibus fauent et post tergum insi-
diantur. Horatius in libro sermonū
Absentem qui rodit amicus qui non
defendit alio culpante sodales fin-
gere qui non visa potest commissa ta-
cere qui nequit: hic niger est: hunc tu
romane caueto. Naz cauendi sunt q̄
nec secretum tenere sciunt: nec assiste-
re laudibus nisi presentibus eis. Cō-
similium itaq̄ discedat amicitia quo-
rum finis interitus est. Unde tullius
libro de amicitia. Preceptendū
est bonis: vt si in prauorū amicitias
ignoranter ceciderint ne existiment:
ita se alligatos vt ab amicis in repu-
blica peccantibus nō discedāt: quia
nulla tenēda est amicitia q̄ recto nō

confungitur finis. Sim autē finis de
us est gratia cuius cetera dñt amari
¶ Ca. ix. de correctione charitativa.

Non est amicus q̄ pec
cantem amicus non
corrigit: Amicitia ei
in christo esse debet:
sed non est in christo
sic peccata libenter permittit. unde
catho. Nunq̄ mones aliquem nec se
velit ipse moneri. Si tibi sit carus no
li desistere ceptis. Quod nosti factū
nō recte nolo tacere. Ne videare ma
los imitari velle tacendo. Vulnera
dum sanas dolor est medicina dolo
ris: quia teste oratio in epistolis. Et
neglecta solent incendia sumere vi
res: quia scilicet peccata non corres
cta de facili crescunt. Ideo tul. lib. de
amicitia. Monendi inquit sunt sepe
amici et obiurgandi: sic tamen ut mo
nitio acerbitate et obiurgatio cōtus
mella caret: et tunc beniuole fiunt.
¶ Meruntamen mos est hodie plurimū
corrigi nolle. Ipsis enim veritas est
odium. iuxta illud terentij in andria
Obsequium amicos veritas odium
parit. maxima autem in eo est culpa
qui fraudem querit et qui scilicet ve
ritatem spernit. salustius in iugurthi
no: Odium querere extreme dēmen
tie est. Illi vero odium querunt qui
veritate audita correctionis charita
tive sub pretexto impatienter audi
unt: nec reputant amorem nisi eorum
faueatur etiam illicite voluptati. Cle
ritamen qui fidelis amicus est a cor
rectione charitativa non desistat. iux
ta illud seneca. ij. de clementia. Ma
lo inq̄t verbis offendere veris q̄ adu
lando placere. Meruntamen corre

ctio charitativam frequenter ab ami
cis pretermittit: atq̄ curam de alijs
minime habent. Dicunt enim in cor
dibus suis: quid michi qd alij agant
iuxta illud terentij. Et quid aliena cu
res que ad te non pertinent. Alij ve
ro corrigere pretermittunt q̄ ipsorum
amici suscipere correctionē recusant
sed minime recusare debent. Omnis
enim tempore correctio bona est.
¶ Tunc enim beniuola dicitur quan
do asperitati aliqua dulcedo misce
tur. Unde in prouer. sapientum dici
tur obiurgationi semper aliquid ad
misceas blanditijs: zelumq̄ dei com
memores et in te peccantibus misce
rearis. sed plurimorum aures clausę
sunt: et veritate ab amicis audire ne
queunt. Unam attenderent illud. se
nece epistola. xxv. ad lucil. Mutua
inquit emendanda sunt vitia nec amo
illum si proficere non curo malo em
michi successum etc. q̄ fidem deesse.
Ideo tul. in oratione pro celio. Ad
moneo enim te ut a rerum turpitudi
ne caueas et ne in alterum dicas que
cum dixeris dixisse: erubescas. Sed
quis audebit amicum aut alium re
darguere. nam infidi tanta superbia
est ut nullus redargui velit: non solū
privatim aut personaliter: quinimo
ea que publice dicuntur in opprobri
um delictorum plures male accipi
unt: et p̄ seipsis dici paralogisant. cō
tra quos plautus in aluraria. Nemo
inquit sibi met arbitretur dici q̄ nos
dicimus populo neq̄ sibi met causas
cōstituet cōmunem ex loco. Aduer
tant aut alios q̄ corrigere petunt: ne
corrigendo ea tangant quę nouerūt
corrigi nō posse. obstinatis enī predi

care nō pdest. Fortassis enim eorum peccata crescūt eo pacto quo cōmes morant et peccādi voluntas et repēbentiōe frequēter illis accrescit. Iuxta illud outdij li. de ponto. Vulneris id genus est quod cum sanabile non sit non contractari tutius esse puto. Curando fieri quedaz maiora videmus vulnera: que melius non terigisse fuit. vnde idem li. ij. de tristibus Eripit interdum modo dat medicina dolorē. itaq; correctio non omni tēpore prodest: sed persona et mensura consideranda est. Ubi tamen quis amicum sentit corrigere non desistat: etiam si moleste capiat quod ei dicitur. Durus enim animus assiduus correctionibus ad lachrimas quandoq; inducitur. ipsiusq; furia correctionis acerbitate moderāda est. Iuxta illud outdij primo de reme. Duz furor in cursu est currenti cede furor. Difficiles a ditis impetus omnis habet. et subdit. Inpatiens animus nec adhuc tractabili arte respuit: atq; odio verba monāis habet. Et ideo sequitur Aggrediar melius tunc cum sua vulnera tangi tam sinet et veris vocibus aptus erit. Cum dederit lachrimas enimū. p. implenerit. grum. Ille dolor verbis et moderandus erit. Temporebus medicina valet: data tēpore profunt. Et data nō apto tempore vīna nocent. Itaq; allum corrigere cupiens: presertim amicum temporis opportunitatem querat et medio crem acerbitem obseruet: ne superbie f. gnaculum aut rancoris manerem continere videatur: sed potius charitatus et amicabile perpendatur.



Pietatem humanā suadet natura. oēs enim homines vnus nature sumus. quem obres penes omnes pietatis opera sunt exhibenda sene. in thieste. Nulla vis maior pietate vera est. q̄s cunq; enim verus amor tenuit: hos pietas tenebit: quasi dicat q̄ hi alios non amant nisi pietatis officio eos confoueat. Attendamus enim qm̄ qui pius est: alijs pietatez pro seipso impetrat. valerius li. v. ca. llij. 2. v. humanitatis dulcedo et infrenata barbarorum ingenta penetrat et hostili oculos molit et inter districtos mucrones placidum iter reperit. Nulla inquit acerbitate fortune: nullis sordibus precū care pietatis euilescit. Unde ibidez narrat de muliere quada ingenui sanguinis que apud tribunal capitali crimine dānata fuit: sed carceris custos misericordia motus nō eam prius strangulauit prefateq; mulieris filiam ipsaz audire permisit. sicut n̄ vt nullus cibus ei exhiberetur. Existimans futuruz vt medicos cōsumeret. Transactis ergo plurib; diebus mirabat carceris custos cur mulier nō moreret: sed curiosius obseruata filia aiaduertit: q̄ filia sua vberē experto famen matris lactis suis subsidio lantebat que pietas iudicibus innotuit: et prefate mulieri vengam impetravit. similisq; hystoria de quadam alia filia ibidez narrat que patrem suū cū mona cōsimili fortuna affectum patris custodie traditum atq; senissimum pariter gubernante ventēq; et sua pietas cōformiter im-

petrauit. Nil ergo magis propicius
 ut delictorum obvineatur ventis q̄ pie-
 tatis exercere opas: putat charitas pe-
 tit. Rursus idē valerius ibidez refert
 q̄ cum rex darius cōtra scythas im-
 perum faceret: interrogauit eos per
 legatos quem finē fugiendi: aut qd̄
 illi. Num pugnādi facturi essent: respō-
 derūt nec vrbes villas nec agros cul-
 tos habere p̄ quibus dimicarent sed
 cum ad parentū suorum monumēta
 venissent: sciturū quēdam modum scy-
 the prellari solerent. Quo dicto im-
 manis et barbara gēs ab omni ferta-
 ris discrimine se redemit. **P**rima er-
 goz optima rex natura pietatis ma-
 gistra est que nullo vocis ministerio
 nullo viuū literarū indigēs p̄p̄is vi-
 ribus charitatem parentū liberorū
 pectoribus infundit. Si enim quis
 etiā loqui nesciat. nichilomin⁹ a na-
 tura amare pietatē docetur. vnde va-
 lerius vbi supra. Quis enī plaustris
 vago et siluarum latebris corpora
 sua regentes in modū q̄ ferarum la-
 nari pecudū viuētes: sic dario respō-
 dere docuit: quasi diceret q̄ natura q̄
 docet pietatem inuenire: et si nō ver-
 bis: opibus tamē. Quequidēz natu-
 ra filiū cresci loquendi vsu defectū ad
 protegendā patris incolumitatem
 ministerio vocis instruxit. **N**eminpe in-
 ter oēs pietas esse debet et signanter
 si cōsanguineitas aut parentela ha-
 beatur. vnde statius tebaídos lib. x.
Proliis amor crudeli avincit pecto-
 ra. et tul. rheto. p̄ma. **P**ietas est per
 quā sanguine cōiunctis patrieq̄ be-
 niuolis officiū et diligēs cultus tri-
 buitur. vnde petronius. **M**axima
 rerū pietas hominū turissimā vtr⁹

que pietas in hoste p̄batur: vt inquit
 ovid. iij. de tristibus. **H**is ergo attrē-
 tis erubescant fideles in quibus mo-
 dicavel nulla pietas est. **S**orassis ei
 gentiliū prelibatam pietatez non
 imitant: q̄ nō solū pietatez negant
 his quibus insimulant: sed etiā quib⁹
 se amari iactant qd̄ fecisse vcteres
 tyranni legunt. **V**alerius enī vbi su-
 pra ca. j. narrat q̄ cum quidā adole-
 scens accensus esset amore filie p̄sis-
 trati. atheniensū tyranni i publico
 obuiam sibi factam osculatus fuit. p̄-
 fati ergo tyrāni suadebat vxor et cas-
 pitali supplicij puniretur. **C**ui tyran-
 nus sic eos inquit qui nos amāt inter-
 ficimus: quid his faciemus quibus
 odio sumus. **H**ec enī vox ex ore tyrā-
 ni de humanitate manauit. **I**n hunc
 itaq̄ modum filie tulit iniuriam: ac
 multo laudabilius suam. **R**ursus de
 eodem tyrāno refert valerius vbi su-
 pra q̄ cum trasippus eius amicus in-
 ter cenam sine fine cōuitio eum lace-
 rasset et insuper concitate temulētie
 impetu euectus os ei⁹ spūto resper-
 sisset: nec it̄ in vindictā sut valuit euz
 accendere. **Q**uinimo suos filios vio-
 late patris maiestati subuenire cupi-
 entes retraxit: posteroq̄ die trasip-
 po se humillante in puluinum sedus
 amoris eū sibi reconciliavit. **C**eterū
 idē valerius de pirrho rege refert:
 q̄ cum audiuisse quosdā in cōsilio
 tarentinorum turpia de ipso loquens
 res percontari cepit a quodā qui cō-
 silio interfuerat: an talia de ipso dis-
 xisset: qui respondit. nisi inquit vinūz
 nobis defecisset: ista que tibi relata
 sunt p̄hibs q̄ de re locuturi eramus
 lusus ac loc⁹ fuissent. **Q**uo dicto tēz

urbana crapule excusatio veritatisque
 simplex confusio iram regis couertit
 in risum per fatique regis clementia ob
 tinuit. ut et tarentini sobrii gratias si
 bi agerent. et ebrii bene precarentur
 Audiamus ergo pietatem id adeptam
 fuisse quod crudelitas obtinere non soli
 ta est. Illi ergo se homines non dicant
 qui pietatem humanitati debitam non
 habent. nec debet putari magnitudo
 animi virtus sed crudelitas si comes
 non fuerit pietas. unde tul. li. i. de offi
 cijs. Porro magnitudo animi remo
 ta pietate et coniunctione humana fe
 ritas quedam et inhumanitas est. et
 idem libro. iij. Sicut quidam membra
 ambulant si languere spiritu carere
 ceperint ne noceant reliquis partibus cor
 poris. sic ista in figura hominis feritas et
 immanitas belue a cetera rationis huma
 nitate se gregaria est. Nam pietate con
 ditio humana observatur. et indigna
 tus homo mitigatur. Nam teste horatio
 in epistolis. Nemo adeo ferus est ut
 non mitescere possit. His ergo conclu
 datur sermonibus. charitatis opus pie
 tatem esse naturamque pietatem querere.
 ¶ Ca. xi. de pace et concordia



Charitatis filia pax est
 nec mutuo carum sunt.
 qui concorditer non vi
 uunt. unde tul. philip
 pica secunda. Nullus
 armatorum presidium
 est nisi beneuolentia et charitate sit su
 sceptum nomen certe pacis est dulce et
 ipsa res salutaris nec est aliud quam tran
 quilla libertas. Illa tamen non est reputan
 da pax que uicijis consentit. unde sene.
 li. de moribus pacem habeto cum homi
 nibus cum uicijis bellum. et fulgen. li. mi

tologiarum. ij. Sapientes uiri maiores
 cum uicijis quam cum inimicis pugnam ge
 runt. Namque ergo lamentandum occur
 rit. si ut plurimum pacem se habere dicant
 his quorum voluntates presentaneae sunt in
 malum. Quomodo enim pax erit ubi princeps
 discordie diabolus regnat. quomodo
 etiam pax est tecum. si tua voluntas tue
 rationi contradicat. si aliud uis et aliud
 te debere uelle iudicas. In nullo enim
 scelere pax est. Rursus pacem habent
 aut qui rem publicam prospere rege
 re petunt. Nam teste salustio in iugur
 thino. Concordia parue res crescunt
 discordia maxime dilabuntur et var
 ro in suis sententijs. Alit autem concor
 dia mores et cohabitantium animos
 format. Sapienter igitur rem publi
 cam non regunt. qui non nisi prelia
 querunt. Non sunt enim querenda pre
 lia nisi ut pax melior habeatur. Qui
 autem bellant ut pacem habeant non
 discordiam sed pacem querunt. quia
 si pacem haberent utique non pugna
 rent eorum alit pugna uia pacis est.
 Qui uero pugnant pacem non intentam
 dissipatores communitatum sunt. Unde
 tul. li. i. de officijs. Quare inquit susce
 pienda quidam sunt bella ob eam cau
 sam ut sine iniuria in pace uiuant. itaque
 bellum suscipiatur ut nichil aliud
 nisi pax haberi uideatur. unde dictu
 mus ad alexandrum. Nos bella non
 gerimus sed pacem moribus non ui
 ribus confirmamus sola fortuna est
 aduersus quam sepe pugnamus. et
 semper uincimus. itaque non contra pa
 cem sed contra fortunam pugnant
 sic enim pugnantium scilicet contra pacem
 praua intentio est. Unde merito a ve
 teribus mos usque ad presentia tempo

ra habetur. ut nullus pugnare liceat
nisi tractatus pacis precedat. Unde
tempus ante pugnam prefigit in quo
pars una alteram alloquitur. Si autem
pax inde haberi non possit prelium com-
sequitur. Si qui autem ad huiusmodi
tractatum se flectere noluerint arbi-
trando se omnia obtinere possent nisi
rum si casus contingat illis. unde tullius
celsius in libro de bello gallico ipsi
us cesaris libro tertio. Inter duos in-
quit bellantes hoc unum tempus age-
di de pace est. dum sibi uterque confi-
dit. quod si alteri paululum fortuna tri-
buerit: ut uterque conditionibus pa-
cis qui superior videtur. nec equa pa-
te contentus erit qui omnia credit se
habiturus. Sed proculdubio qui pa-
cem abnegat iure meretur ruinam.
Ille tamen pacem non abnegat. qui
suo renunciare iure recusat. Aliquan-
do tamen utriusque melius est iuris par-
tem relinquere quam sui occasione ani-
mas perdere quia pace nihil melius est
unde prosper in epigram. Moribus
in sanctis prelorea est concordia pa-
cis. Spernamur mundi prelia pace
des. et lucanus li. i. Qui bella ge-
runt. et subdit. Impia et eternam ru-
perunt secula pacem et de; lucanus
li. ij. Minime rerum discordia pacez
turbat. et lib. 3. Nulla fides pietasque
viris qui castra sequuntur. Glenales-
que man⁹ sibi. fas vbi maxima merces
que seque plures armigeri. o⁹ illud repu-
tant eis licitum quod est incribendum. Ab-
sit igitur discordia quicquid a nobis que re-
ste carho. Ira odium generat discordia
nutrit amorem et prudenti⁹ pax plenum
virtutis opus pax summa laborum pax
belli exacti prelii que periculi nil pla-

ditum est sine pace deo. nec munus ad
aram et subdit. Omnia perpetitur pa-
tiens atque omnia credit. nihil quod lesa do-
let cuncta offensacula donat. Ex qui-
bus apparet quod vir sapiens est pacifi-
cus. Viri autem pacifici munera deo
placent. litigatorum nunquam.
¶ Capitulum duodecimum de vero
et ficto amore.



Flectio ficta vel decipere querit vel sal-
tem obsequi non in-
tendit quicquid tamen
fuerit fictus amor. p-
ditione suspectus est

Ab sit ergo talis sed verus amor affi-
stat. quod singula verus amor iungit of-
fensas mutuas cauet. obsequia quo-
que impendere facit virg. Illus in buco-
licis. Omnia vincit amor. et nos ces-
damus amor. Et virgilius de amo-
re loquens ait. Quis non mortalia pe-
ctora coctis improbe amor. ovidius
in epistolis. Res est solliciti plena ti-
moris amor. Credula res amor est.
auribus interdum voces captamus
Rempe qui amat sollicite placet et
nocere timet protegere querit. Unde
ovidius libro sine titulo. Felix quod
amat defendere fortiter audeat
Quid non amor improbus audeat
ponit idem ovidius li. de fastis. Para-
civerunt tamen bene amare scilicet. Ra-
roque verus reperitur amor. quoniam
amare et sapere vir a deo conceditur
ut ex prover. sapient. colligitur. Plures
etenim idem amant. quod periculum ex amice
re sperant. tales autem non hominem sed
eius munus diligunt. quod ut ponit ovi-
dus li. pallegato de fastis. non querit
prectum vita qui debet amare. et pro

sper in epigrā. Ancipitis vite qui vis
superare labores. dilige quod semp
verus amor habet qz scz homo debz
contentari de eo quod amicus habz
nec debet pretermitti amor si mune
ruz copia desit. vnde teste sidonio in
suis epistolis. li. v. Perfecta dilectio
nō tam debet recolere quod officioz
soluerit q̄ meminisse qđ debeat. qz
scilicet pfecta dilectio benefactorum
q̄ritatem nō cernit sed voluntate cō
tentatur. naz teste matheo in thobia
Gratia dum nubit nature tunc frus
ctus amoris plenior est. Nullus enī
amor melior q̄ ille cuius radix non
est cupiditas. sed gratia que vrinam
in xpo terminet. vnde sedulius. For
tia vincula dedit peccati seu a potestas
Dulcis amor xpi fortia vincula dedit
Sed pculdubio q̄q̄ teste p̄ho omia
bonum appetunt plurimoz tamē in
est nō xpo sed vitij amor. nam in q̄
bus nutriti sunt hec diligunt omnes
Si habeāt ergo mali quod diligunt
abutuntur amato. si aut careant tūc
victorū flāma grandiori estuat amo
re vnde et q̄ pauperes quādoqz sunt
absentia bona avidius cupiunt. et q̄
venereis actibus imposterū cōinqui
nari expectant feruentiori amore li
cet prius anhelant. ovidi. iij. de arte
Mora semper amantes incitat. et li.
iij. metha. Tempore crescit amor. q̄
magis tegitur tango magis estuat
ignis zc. et idem li. vi. Nec capis in
clusas pectore flāmas. Iste est mū
danorum amor qui nō. clarescere sed
pallere facit iuxta illd ovidij primo
de arte. Palliat omnis amans. hic
est color aprus amanti. O vrinam a
cordibus iste recedat amor. nō solus

allidit sed infidit. pmo placet. Tandē
displicet: magno labore vendicatur.
et cum gaudio exiguo possidet. talis
eniz est oīuz terrenoz amor. Discat
ergo fidelis bona spūalia vere ada
mare. in quibus dū sperant et nō ha
bentur est plenitudo desiderioz et
cum possidentur est amplitudo gau
diorum. Rursus discant hoīes mu
tuo se amare in xpo. Alius enī amor
cito deperit. Experimur enim tot in
seculo se p̄dicare amicos inter quos
sola fictio est. qz eozū amor nō in xpo
sed vanitate est. Amor aut van⁹ sem
per est fictus et amor vanitatis mox
decidere solet. Hoc enim amore libe
ri plures suos diligūt parentes. quo
rum mortē fictis lachrimis plangūt
sed vitā eozū non diuturniores cupi
unt. de quibus sene. ep̄la. lxij. Quis
autem ferat hos qui negligentissime
cum amicos habeant miserrime lu
gent. nec amant quēptam nisi perdis
derint. Ideo tūc effusus mererēt qz
verentur ne dubiū sit an amauerunt
De ipozum lachrimis inquit tullius
nichil lachrima citius arescit. et iuue
nalis li. v. in satyra p̄ma. Et maiore
domus gemitu. maiore tumultu plā
guntur numi q̄ funera. nemo dolore
fingit in hoc casu vestez deducere sū
maz contētus vexare. oculos humo
re coacto. ploratur lachrimis amissa
pecunia veris. itaqz tales amici non
diligunt. sed diligere fingunt. nec lu
gent pro amico sed pro dāno flere
videntur et dolere. sed hoc faciūt vo
luntario more. vnde ovi. ij. de reme.
Ut flerent oculos erudire suos z gal
terus alexandreido svi. Leue tibi la
chryme veniunt leuiusqz recedunt. et

subdit. Impendunt lachrimas misse
ris arcibus illis. q. scilicet tales. se-
ipsos arcant et cogunt. vt fleant. vti-
naz tales seipsos primum fleret eo
q. fingunt qd minime habet. horati⁹
in poetria. Si meus flere dolandus
est primum ipse tibi. Tristia mestum
vultum verba docent. Hāc hmoi plo-
ratores stultis feminabus cōparan-
tur. vnde catho. Femina duz plorat
hominē superare laborat. Audiuim⁹
ergo reprobandū amorem quorum
fletus pro amicis ficti sunt. et appa-
rentes. sed eorum etiā reprobandus
est amor quorum ficta sunt gaudia.
De quibus tibullus. Hui⁹ q. difficile
est mutare gaudia falsa. Difficile est
tristi fingere mente locum. Non be-
ne mendaci risus componitur ore.
Non bene sollicitis ebria verba so-
nant. vnde sidonius in epistolis li. v.
Quasi inquit quidam barbarissimus.
est moruz sermo locundus et anim⁹
afflictus et tui. de officiis Turpe ē
valdeq. vitiosum in re seuera conui-
ulo digna verba aut delicatū aliqūē
inferre sermonē que omnia faciunt fi-
cti amici in quibus nulla veritas est.
Valerius narrat de rutilo qui nole-
bat facere quod euz amicus suus fa-
cturum rogabat. q. non erat iustum.
quapropter amicus hoc videns ruti-
lo dicit Quid michi ergo op⁹ est tua
amicitia quandoquidem id nō facis
quod te peto cui rutili⁹. Sed quid q.
so michi valet amicitia tua si propter
te aliquid inhoneste facturum suz vñ.
de narrat alfunsius qualiter vn⁹ phi-
losophus de arabia petijt a filio suo
quod amicos haberet cui fili⁹ respō-
di. multos se habere. et tunc pater.

Miror inquit quia tam senex sum et
in tota vita mea non potui michi ac-
quirere nisi vnum solum. Petens a
filio an ipse non magnū reputaret
multos habere. et dicens ei q. bonum
est amicos habere probatos. sed an-
te est probare q. amare. et ad probā-
duz amicos precepit filio suo porcū
occidere: et occiso in saccum ponere
fingereq. hominem esse quem occi-
disset et c. Idem alfunsius narrat de
duobus mercatoribus vno de bal-
dach. et altero de egypto simul ma-
nentibus in egypto: quorum egypti-
us volebat vxorem ducere: quam ta-
men ille de baldach. adamabatur vbi
vero hoc sensit egyptius vxorem ei
dimisit cum dote sua: malens vxorem
perdere q. amicum. Paulopost ille
de baldach repatriauit secū ducens
vxorem suam: et diues maxime effe-
ctus est. Alter vero in tantam paup-
tatem deuenit: vt hostiatim panem
quereret: et panem querendo perue-
nit vsq. ad illuz locum vbi ille de bal-
dach manebat. ibiq. irruit ecclesiā
et eo dormiente ante ostium ecclesie
homo quidā interfectus fuit. et duz
homicida nō inueniret. ille per suspi-
tione captus confessus est homici-
dium. malens mortem obire quā diu
tantam sustinere miseria. Tunc ip-
sum amicus suus de baldach cogno-
uit duz ante iudices adducebatur ad
condemnandum alta voce exclamā-
do q. ipse interfecerat hoīez alter autē
ex opposito instabat se fecisse. quam
piissimam altercationem videns ille
qui homicidiuz veraciter commiserat:
compunctione tactus et videns
innocentes condemnari velle narra-

ait veritatem: et iude p vbi factum sci
re comperit propter amicorum ne-
cessitudinem homicide indulgit.

C. xliij. De adulatōe q̄ ē ficta amicitia



Adulatio veritati in-
mica est: et omnis adu-
lator verbo vel nutu
mentitur. ideo vete-
res sapientes nō solū
adulari. s; etia; adu-

latores nuncupari timuerunt. tul. in
rhetorica. ij. Nolo esse laudator ne vi-
dear esse adulator. et socrates. Pre-
sentem minime laudare decet. Nam
adulator est diabolus blandus et sy-
reni mortifere comparatur. nā blan-
di f̄ auribus et interitum querit. vñ
seneca li. viij. naturalibus questionib;
adulatoribus latus non prebe-
as. sunt enī artifices ad captandos
superiores. Hoc enī habent adula-
tionū blandicie q̄ etia; cūz reijciunt
placent: et ad id iam dementē veni-
mus: vt qui parce adulatur pro ma-
ligno sit. Ipse tamen seneca adulari
respuebat ipso dicente. hi de clemē-
tia. malo inquit veris offēdere q̄ ma-
lis adulando placere. Raro enī hec
simul cōtingunt vt eade; vox sit dul-
cis et solida. teste ipso seneca in decla-
mationibus. li. iij. Qui ergo sapiens
est adulatorib; minime credat fictis
enī sermonibus adulantur homi-
nes: sicut p̄textu pabuli bamo capi-
untur pisces. vñ de pretonius adula-
tores ficti cum cenas diuitū captāt.
nichil prius vel postertus meditan-
tur q̄ id quod grauissimum adulatori-
bus putant fore. Sidor. in episto.
li. iij. Sectator epularum laudaliles
profert sententiam: nō de bene viuē

te sed de bene pascēte. tales enī cū
aliquid volunt prius laudāt postmo-
dum postulant. vñ de varro in suis sē-
tentijs. Adulationis species est cum
laus postulationē precedit. Vt inā
tales ficti adultores nō essent. nam
errores in principibus generant suo
q̄ veneno suau: aspidis more morē
dormitando cogunt p suum venenū
sc; orōnē blādā: quo veneno pasci di-
ogenes recusauit. vñ narrat valerius
maximus q̄ diogeni olera lauātī ar-
stippus dixit Si diogenisio adulari vel-
les ista nō esses Cui diogenes. Si tu
ita esse velles diogenisio adulari nō cu-
rates. Rursus philosophus qdā di-
ctus pseusippus. q̄ fuit nepos plato-
nis ex sorore adultores contēpisse
legitur. Vñ de cuidā adulātī sic dice-
bat. Nichil inquit proficis cum te in-
telligam. et merito qm̄ teste pruden-
tio. latitat lupo ore cruento: lacteo
lam mentitus ouem subvellere mol-
li. Mēpe quicquid adultores dicant
decipere nichilominus semper intē-
dunt quorū impia verboritas in pec-
catis detinet multos. vñ prosper li.
epigram. Lingua assentatrix vitiorū
peccātis aceruat: et delectatum cri-
mine laude liguat. Mirū igit cur sa-
piēs talib; mēdacib; credat. S; mi-
rabilius si quis ex laude sue turpitu-
dinis gloriā accipiat qd̄ hi faciunt
qui ex peccatis gloriānt. de quibus
propheta Quid gloriaris in malicia
qui potens es iniquitate. Vñ enī
gloria nimis vana est. Bonus igitur
si fueris ne pro mercede adulatorū
mendacia suscipias. Si autē pecca-
ueris ve tibi: si adulatori credideris.
Absit enī vt alieno sermoni plus q̄

tue consciētie credas dicente catho-
ne. Plus alijs de te q̄ tu tibi crede-
re noli. Cuiuscunq; ergo gradus ex-
titeris adulatorē respicias. vnde se-
neca li. de quattuor virtutibus. Taz
tibi triste sit laudari a turpibus q̄ vt
lauderis obturpia. Difficilissimum tñ
opus cōtinentie assentationes adu-
latorum repellere quorū sermones
anīmū quadā voluptate resoluunt:
nullūq; per assentationē amicitia
merearis: nec aliū tuū obtinere si-
nos. et subdit. Non acerbā sed blāda
verba timeas. His tamen diebus a-
dulatores pmouentur. licet polica-
ricus li. iij. ca. j. Dicat q̄ omnis adu-
lator virtutis inimicus est sequelam
habet: et tamen fraudez perditionē
semper intendit. Cū igitur diligunt
tales et veraces odio habent. vtina
adulatozū consortia tanq̄ veneno-
sa vitarentur. Exēplo vixis de quo
refert seneca episto. liiij. q̄ claudēbat
aures syrenibus quibus adulatores
intelligunt Ideo idē seneca epistola
lxvj. Venit ad me p amico blandus
inimicus scz adulator. Adulatio aut
cū fit ipm infatuat: vt dicit idē se-
neca epistola. lxiij. Quo igitur abijt ma-
gnatū sapientia. Vocibus enī adu-
latorum infatuati sunt: si aut sapien-
tes existerent: adulatozū oleo non
impingerent. vnde ppheta. Oleū
peccatozū nō impiguet caput meū
super quo verbo dicit augu. Lingua
adulatozū alligat homines in pec-
catis. Quēobrez polica. li. iij. c. xliij.
loquens augusto dicebat. Si dece-
ptores istos id est adulatores istos
exterminaueris deos te pcellere nō
putabis. Hāz adulatores suis men-

dacijs hoies mortales deficiant. hi
enim sunt scorpiones facile blandie-
tes cauda percutientes: vt inquit hie-
rony. epistola. lxxxliij. Absit igitur illud
ezechi. iij. Tibi merito posse dici cū
scorpionibus habitas semper super
quo verbo grego. lib. j. omel. ix. Adu-
lator tanq̄ scorpīo palmando ince-
dit: sed cauda ferit: z sicut apīs mel i
ore gerit sed pungere querit. Et idē
grego. moralium quattuor aduato-
res inquit lactant illos quos laudat
sed attende quid sapiens prouerbio-
rum primo dicat. Si te lactauerint
peccatores ne acquiescas eis. vñ isa-
ie. iij. Popule meus qui te beatū di-
cunt te seducunt. super quo hierony.
Adulatores sunt hostes et scintille
dyaboli. propinant aut pocula mor-
tis. Quapropter alexander nequā li-
bro de naturis rerū. Adulationē vo-
cat venenū melle mixtum. Hi tamē
hominibus placent: quia blandicias
licet mendosas exhibent.

¶ Ca. xliij. de hospitalitate.



Caritas exigit vt fra-
trē pxiū in hospi-
tio suscipiam. nā a-
brahā hospitalitatē
amator existit. Unde
tres angelos q̄s cre-
debat hoies begnīne suscipiēs refe-
cit. Quēobrez meritis q̄ plurimis as-
pud deū claruit. Attēdamus enī qm
et aialia irrōnalia hospitalitatē hñt:
putat ambrosius in suo exameron
omelia. v. Discant ergo hoies hospi-
talia seruare iura. et ex quibz cogno-
scant quid hospitibus sit deferendū
que obsequia deputanda: quibus scz
hospitibus cornices pericula sua ne

gare non soleant. Unde ibidē narrat qualiter cornices ciconias sibi inimicas in hospitio recipiunt. et ideo christianis loquēs ambro. dicit. Nos inquit hospitibus iannas. claudim⁹ quibus aues aīas suas pferūt. Insuper narrat policra. li. viij. ca. xij. q. in fideles etiam ppositos hospites consueverunt in hospitio suscipere. Unde apud eos lex habebat q. qui hospiti negabat hospitium etiā vsq. ad quartum diem infamis erat. esto etiam q. esset hostis regionis vel ciuitatis. si tamē ultra quattuor dies hospitem quis detinebat crimen incurrerat. Ceterū li. vij. ecclasti. hystorie. ca. xxvij. narratur quomōdo sacerdos q. erat custos idolorum et inimicus regionis christiane. nichilominus grego. ep̄m gratis suscepit. Cum tamē grego. ab eo recessit. tunc sacerdos ille more solito ad suum idolum ibat. vt responsa ab eo haberet. sed cum nichil respōderet. sacerdos multiplicabat victimas nec tamen ei proderat. q. idolus semper tacebat. Accidit tamen vt de nocte demō sibi reuelaret qualiter grego. ep̄s. ip̄m de templo p̄cecerat nec ingredi audebat nisi grego. eum licēciaret. sed tunc ille sacerdos ad ep̄m accessit supplicans vt ppter hospitalitatem dānum non incurrat. Petebat igitur vt idolū suum loqueretur. vt prius. et tunc grego. ep̄lam in hec verba scripsit appollini scz dyabalo permitto tibi ad locum tuū redire et agere que consueuisti. quaz ep̄laz de tulit sacerdos ille. z tunc idolum mediante demone sicut prius loquebatur qd vidēs sacerdos cogitauit qm gregorius idolo suo fortior erat atq.

ei impabat. Relictis ergo idolis ad gregorium cucurrit. et baptisatus in fide tm̄ profecti q. in ep̄atu sibi succedere meruit. Ecce q. bona hospitalitas que hospiti salutem ministrat. Quapropter tull. ij. de benefi. recte inquit. laudāda est hospitalitas. quia valde est decorum domū hominum patere hominibus. Unde narrat ibidem de quodam qui symon dicebat q. hospitalitatem summe amauit. et suis subditis imperauit. vt hospitibus de oibus prouiderent. et grego. li. ij. omel. iij. dicit q. hospites. non soluz sunt inuitandi. sed trahendi. Unde cassian⁹ li. ij. collatio ij. narrat de quodam qui si per quinq. dies hospites nō habuisset. tunc refectionem suam deferbat. et in sabbato ad ecclesiam pergēs. an essent aliqui peregrini diligenter inquirebat z pietate motus humana hospiti prouidebat. Jō pri. ma petri. iij. dicitur hospitales inuicem sine murmuratiōe. sene. iij. de beneficiis. ca. xxvij. de quodam milite narrat. qui cum benigne fuit suscept⁹ in hospitio cuiusdam fere tribus diebus tunc recessit dicens. Faciam tibi gratiaz si me contingat videre domum meam. Cum ergo puenisset ad philippum regem macedonū. petijt sibi dari p̄dia sui hospitis que sibi placuerant et suuz hospitem expulit. cū tamen regi narrata fuisset militis inagratitudo p̄dia fuisse restitui prioz possessori. scilicet hospiti. Amāda est igitur hospitalitas que tanta beneficia confert. Unde augustinus ep̄isto la. lxxvi. Omnes inquit sunt recipiendi ne boni excludantur.

Sophologi liber quart⁹ feliciter finit

¶ Incipit liber quintus in quo agitur
de quattuor virtutibus cardinalibus.
et continet decem et septem capitula.

¶ Capitulum primum de vera iusticia.



Iusticiam sibi qui in
suo iure. aut causa p-
spera fieri petit iusti-
cie debz amator esse
vt scilicet vniciqz qd
suum. est redat iuxta
illud ambrosii. Iusticia est que vnici-
qz suum reddit. alienum non vendicat
vtilitatem propriam non negligit. vt
equitatem custodiat communem. que
scilicet iusticia rectissime cardinalis
dicitur. quia circa illam omnes alie ver-
santur. Nec tamen iusticia valet in eo.
qui timet. ratione cuius timoris iusti-
ciam facere non audet. Tullius libro
ii. de officiis. Nemo iustus esse pot.
qui mortem. qui dolorem. qui exilium
qui egestatem timet: aut qui ea que sunt
contraria his equitari antepont. Ne-
pe iusticia est vna omnium domina re-
ginaqz virtutum. vt ponit idem tul-
lius libro iiij. Fortassis iusticiam mul-
ti facere recusant. quia minas vel mu-
nera sentiunt. Si etenim instinctum
nature subuertunt. quia teste tullio li-
bro primo de legibus. Nichil prestat-
ius qd intelligi nos ad iusticiam es-
se natos. Non enim opinione sed na-
tura ius est constitutum. seneca libro
de quattuor virtutibus. Iusticia est
nature tacta conuentio in adiutorii-
um multorum inuenta. Illi ergo ve-
reantur in quorum manibus iusticia
posita est. eodem tamen pacto quo iu-
sticiam deserunt naturam propriam
et alienam offendunt eo qd ius proxi-
mis non impendunt. Iustinianus li.

i. institutionum. Iusticia est constans
animi voluntas ius suum vniciqz
tribuens. Hugo iusticie opus est mo-
tus mentis rationalis qui secundum
deum incedit a cordis conceptione.
surgens et foras vsqz ad actionem cor-
poralem procedens. Absit igitur vt
quis iusticiam pro muere subuertat
quia teste tul. li. pallegato de legibus
Iusticia est obtemperatio legibus scri-
ptis institutisqz populorum et subdit.
Id ipsum autem iustissimum est. iusti-
cie mercedem non querere. Qui enim
pro iusticia mercedem querit iustus
non est. eo qd stateram suis muneribus
ex altera parte traheret. omnes tamen
quo ad iusticiam equales sumus. Ab-
sit igitur vt proprio comoditate quis
seductus in iusticiam alterius faciat.
vnde mercurius termegistus. Iusti-
cia inquit nichil est aliud qd dei voca-
tio. Et subdit deus qui hominem gene-
rat et inspirat omnes pares esse vo-
luit. eandemqz viuendi conditionem
omnibus proposuit. in mortalitate.
omnibusqz sponondit. nemo apud
eum seruus est. nemo dominus. nes-
mo pauper est nisi qui iusticia indiget.
nemo diues nisi qui virtutibus ple-
nus est. ea propter lacian. li. de vero
cultu. Primum iusticie officium est con-
iungi cum deo. Secundum est con-
iungi cum homine. sed illud primum
religio dicitur secundum vero huma-
nitas nominatur. Itaqz tam deo qd
proximo iusticia debetur. Iudex er-
go sic iudicet. vt deum non offendat
et proximum non iniurietur. Non est
enim iusticia vbi crudelitas exerceat.
Nempe cambises rex seuerus fuit vt
in iustum iudicem excoartari fecerit et

super iudiciariam cellam pelles eius
fuit extendi filiumque eius pro iudi-
dice sedere mundavit ut iniuste iudi-
care timeret. ne simile iudicium pate-
retur. prout narrat elinandus li. xv.
Hec siquidem magna seueritas fuit.
quia quamque iusticiam debuit tubere
conseruari. asperitas veruntamen fu-
it fortassis iubet excoari. Sua igitur
sententia quo ad zelum iusticie san-
cta fuit. sed executione nimis aspera
ut quidam affirmant. Quibusdam ta-
men alijs placet nimio rigore iustici-
am seruari non posse. unde valerius li.
vi. ca. vi. narrat de zelanco quod cum fi-
lius eius propter adulterium utroque
oculo puerari deberet. ne lex quam edi-
derat ipsius occasione violaretur sibi
vnu et filio alterum oculos erui fecit.
Et ita videndi vsum utriusque relinques
debitum supplicii modum legi reddidit
equitatis admirabili temperamen-
to se inter misericordem patrem et iustum
legislatorem partitius. ecce quod si recte iu-
sticiam seruauerunt. Unde arbitror
quod ex me impium iudicem quasi as-
pere nimis punire non posse quod teste
oul. primo de arte. Nec enim lex equi-
or vlla quod nescis artifices arte perire
sua. Nam iudex damnatur cum ne-
cens absoluitur. nimirum igitur si iu-
dex lege pareat sua. Cur enim condi-
te sunt leges nisi ut obseruent. nam
lege recta qui peccat puniendus est
ille signanter qui leges quas condi-
dit violauit. unde narrat valerius li.
viii. ca. vi. quod cum licinius lege senxi-
set. ne quis amplius quam quingenta a-
gri iugera possideret ipse mille copar-
auit. ut tamen crimen simularet filio
dimidiam partem emancipauit. Ob-

hoc a marco pompilio accusatus pri-
mus lege sua cecidit. docuitque nichil
aliud debere precipi nisi quod prius in-
perauit quisque sibi. Nam teste tercia-
liano in apologetico suo suspecta est
lex que probari non vult: aut quod probata si
fuerit non ornatur. tanquam dicat quod lex si
bona est. obseruanda est signanter ab
eo qui eam constituit. unde catho. Pa-
tere legem quam tu ipse tuleris. Iudi-
cis auxilium sub iniqua lege rogato.
quoniam et lex si bona non fuerit adhuc te-
menda est Mala lex tamen non meretur
lex nominari. quod teste tul. li. i. de legibus
Lex est ratio summa insita in natura quod
iubet ea que facienda sunt prohibetque
contraria. et ibidem. Lex est recta ratio im-
perandi ac prohibendi quam qui igno-
rat iniustus est. et subdit. Iusticia est
obtemperatio legibus scriptis institutis-
que populorum. Ipse tamen idem tullius.
Leges proprie non putauit humanas.
sed bone si fuerint quasi a deo sunt unde
tul. li. ij. de legibus. Hanc inquit
video sapientissimorum virorum esse
sententiam legem nec hominum inge-
nijs excogitari. nec aliquid esse po-
pulorum. sed eternum quoddam quod
vniuersum mundum regeret imparan-
di prohibendi que sapientia unde idem
tul. philippica. ij. Lex nichil aliud est
quam recta ratio a lumine deorum tra-
cta imperans honesta et prohibens
contraria. Legum ergo seruanda est fi-
des ut ponit virgilius in georg. li. iiii.
Aliqui tamen stulti iudices voluntatem
pro lege sumunt. unde iuuenalis li. ij. Sic
volo sic iubeo sit pro ratione voluntas.
In his autem nulla iusticia est.
¶ Capitulum secundum de eloquen-
tia aduocatorum.



In iusticia exequenda aut saltem dirigenda cum nō omnes clerici queant esse. oratoresz aduocati cōstituti sunt quorū eloquētia nō nī si iuri fauere debet. **U**le igit hōz eloquētie que nō nī si fallere petit. vnde didimus ad alexandrū. **A**rtem bene loquendi nō discimus neqz facundie rhetorum oratorūqz operam dam⁹. quorum officiū ē phaleratis sermōnibus figmentare mēdacia. innocētie fidez cōferre criminibus paricidijs qreos assignare piissimos qui dum putāt aliene fraudis fructū per iūquā victoriā rapuisse. nesciūt se munimētum sue pscie pdidisse. **M**empe hmoi plures aduocati reperiuntur. sed vti nam multitz bene viuerent q̄ bene loquuntur. vt supplicat lactātijs de vera religione et sapia. **S**ed phdoloꝝ multis mortifera est sua faciūdia vt inquit iuena. li. iiii. vnde prosper in epigrā. **N**on pdest cuiqz solis bona dicere verbis. **I**mpla mens habeat quod bene lingua sonat. **N**am fari recte misex est z viuere prauē. **P**arum igitur prodest facundiam habere et fauorū delictay ipam applicare. **P**arū insup pdest elegantiam verbi obtinere et sapiētia nō pollere vñ tullius in plogo rhetorice prime. **S**apientia quidē sine eloquētia paruz prodest. **E**loquentia vero sine prudētia nunq̄ pdest. sed plurimū nīmūmqz obest. **S**tudeāt itaqz oratores et fari facunde in subsidij iuris. **N**am grata elegātia veritatē detegit et ipsius ad amorē auditores allicit. vnde qui oratorum fungunt officio. vt elegan

tes fiāt studiosissime laborare debēt. vnde narrat valerius lib. viij. c. viij. q̄ cum demosthenes primam litteram artis rhetorice proferre non posset. **Q**uis sui viriū tanto studio expugnauit. vt nullus expressius qd volebat proferret suāqz voces gracilē nimia exercitatione p̄tinua ad naturum et gratum auribus sonū pduxit. **A**tten dat igitur lector. vt in eodem li. ca. x. valerius dicit q̄ eloquentia ornamēta in pronuntiatiōe apta z coueniēte corporis motu cōsistūt. nec debet orator magnas querere moras. quia teste seneca in edippo. qd verba queris. veritas odit moras. **N**on debet etia in singulis propositis insistere multum. alias enim qd p̄ncipaliter intendit p̄termitteret. vnde varro in suis sententijs. **N**usq̄ deueniet qui quod videt nō sequit̄ calles nec debz orator detrahare veritatē nutib⁹ aut verbis. nam sepe veritas offenditur ex modo narrandi. terentius in phormio. **N**ichil est tam bene dictum qn male narrando possit deprauari. **E**t tul. li. de paradox. **N**ichil est tam incredibile quod nō dicendo fiat p̄babile. nichil tam horridū atqz incultū quod nō splendescat oratione. **S**ed orator attendat ne sua eloquentia sic abutatur. **D**ebet enim plano vti sermone: qz teste quintil li. primo. **O**rator debet vti publica forma. visitatis enī tutius vtimur nouaqz verba nō sine periculo fingimus. **R**ursus debet fore breuis. quia teste tul. rhetorica prima. **B**reuitas est cum nulum nisi certum assumitur verbū qd oratori facere congruit nec licet abut̄ itea re qua ceteris bestiis preponit̄

mur scz eloquētia. vnde tul. in prolo
go rhetorice prime. Quz hoies mul
tis i rebus sint meliores bestiis hac
in re maxime videtur preeffe bestiis
q loqui possunt quare michi qdaz
preclaruz videtur adeptus qui in ea
re hominibus antecellit qua in re ho
mines bestiis presunt. Si ergo elo
quentia sit dos oratoruz erubescat si
abutantur ista sceleratorū adherēdi
impierati: quod fortassis plurimi fi
unt. vnde plaut⁹ in aulularia. Da mi
chi aduocati gratiā. z subdit. Glende
vocē vende linguā. Nec tamen qui
buldaz eis sufficit vt suū vendant elo
quiuz: sed etia vendunt silentiuz. vn
de refert helinandus libro. ij. q cum
demothenes aristodiu auctores fa
bularuz interrogasset qtuuz mercedē
pro suis fabulis accepisset: respōdit
talētū accepi. cui demothenes. Id⁹
inquit recepi vt tacerem. vnde cum
demothenes a senatu athenensiuz
in patrociniuz et aduocatus petere
tur contra philippum regem mace
donum: respondit se graui infirmīta
te detentum. Ita q non solum elo
quijs: sed etiam silentijs munera sibi
vendicant easasqz confessas etiam
protegunt de quibus quintillianus
capitū. xij. Qui vero confessuz defen
dit: non absolutionez sceleruz petit:
sed licentiā. vnde ouidius libro de
ponto. Non est confessi causa tuēda
rei scilicet peccantis: vnde simachus
libro epistolarum pro optimis viris
si quis interuenit: nō magis illo de
bet iuuare cōmodū q suū cōmenda
re iudiciuz. Cuius contrariuz pluri
mi faciūt nō erubescēdo impiay cau
sarum se fore defensores nuncupari.

¶ Ca. liij. de equitate iudicū.



Iudex equus debet
esse sic: vt ad nullā p
rūz se flectat: nullo
q pacto ita miseris
corz debz: eē aut ita
indulgere vt eqtatez
offēdat. Mā teste tul. ij. de offi. Iudis
cis est sp in causis verū sequi. et li. liij.
Iudex bon⁹ neqz cōtra rēpu. neqz cō
tra iustitāduz seu contra fidez faciet
etia si iudex fuerit de ipso amico: sed
tantū dabit amicitie: vt amici causas
malit esse veram q optimaz: non ta
men q falsam defendat: z pro mode
randa lite tempus quod leges pmitt
unt accommodare poterit: sed iudicet
recte cū meminert se deū testem ha
bere. que verba nil aliud sonant nisi
q iudex amicitie sic fauere non debz
vt equitatez pretermittat. nec debet
prius affligere q sentētiare. vñ tul.
in oratione sua pridie q iret in exili
um. Nemo taz facinorosa iuuentus
est vita: vt nō taz iudiciū prius sentē
tijs comitteretur q supplicijs adijce
retur itaqz iudex repente penas infl
gere non debet: nec fauere muneris
bus. vnde galterus in alexandreide. j.
Si lis inciderit te iudice dirige librā
iudicij nec flectat amor nec munera
palpēt nec moueat stabilē psonē ac
ceptio mentē. muneris arguit: acces
pti cēsor iniqu⁹. munus enī a norma
recti distorquet acumen iudicis: z ter
ta inuoluit caligine mentem. Cum
semel inuoluit vitiorum mater in au
la pestis auaritieque sola in carcerat
omnes virtutum species spreto mo
deramine iuris. Curritur in facinus
nec leges curia curat ligat iustus cu

rat et iniustos absoluit curia mendax
et idē galterus li. viij. Cēsor iniquus
auertit surdas a causa pauperis au-
res: et fouet iniustas corruptus mu-
nere causas. vñ petronius. Quid fas-
ciunt leges vbi sola pecunia re gnat.
Aut vbi paupras vincere nulla pōt.
Ita nunc iudiciū nichil est nisi publi-
ca merces. Autilius est paruo ere rez
pōita recuperare quā is ambigue pre-
bere litivēnalis populus: venalis cu-
ria primū. ipsaq; maiestas auro cor-
rupto latebit. Merito ergo ait tullius
li. j. de legibus. Idipsum quoq; iustis-
simus est iusticie mercedē non quere-
re. Aduertant ergo iudices ne fauo-
re munerū seducant sed equitate p-
sident. Nam sicut colligit ex codi-
ce theodosiano li. j. Equitas est rez
cōuenientia qua cūcta coequiparat
et in paribus causis paria iura desi-
derat. Sed quid dicemus: quia teste
quintil. lib. j. de oratoria institutione
Naturale est iudicibus: vt his quos
libentius audiunt facilius etiam cre-
dant. Quomodo igit iudex suas na-
turam poterit deserere: quā si nō de-
serat: quomō eā iudicabit. Attendat
iudex vt a limitibus iuris nō recedat
vt prauā causas nō defendat. si autē
veritati melius prolate facilius cre-
dat peccatū nō est: aut si amicorū iu-
stas causas sedulius fouet naturale
est. Si aut omnibus paribus causis
eque beneficia impendat hoc ceteris
melius et cōmendabilius esset. Kur-
sus caueat iudex iracundiā. vñ clau-
dianus Ne cunctos paucorū crimi-
ne damnes: qui frust' pena ferus est:
legū q; videt vindictam prestare sibi:
cum viscera felle cauerūt dijs proxi-

mis ille: quem rō non ira mouet. naz
quattuor sunt a bono iudice vitanda
scz ira munus timor: fauor: quorū
occasione vel iudicia subuertunt: vel
ad tps indebitū ptermittunt. plura
quoq; sepius fiunt: et predictorū oc-
casione aggregant. vñ nota istos
versus. Quattuor ista timor odiū di-
lectio cēsus. Sepe solent hominū re-
ctos puertere sensus. Cōtra que oia
loques ouidi² li. j. sine titulo ait. Nō
bene cōducti vendūt perituria testes
Ne bene selecti iudicis archa pz Nō
obest: n̄ si iudex sit qñq; tardus qñq;
leges permittunt: vt veritas clarius
innotescat: qz teste eodez ouidio lib.
ij. vbi supra Culpa nec ex facili quā
manifesta probatur.

¶ Ca. liij. de misericordia iudicis



Iusticia sine miseri-
cordia iusticia nō est:
scz crudelitatis spēm
gerit vbi pctōrū non
habet spes cōuersio-
nis scz diffidētia. Ita-
q; iusticia vera terminos hz q miseri-
cordia subintrare pmittūt. Clerū sub
iusticie ptextu iudicis qñq; exercens
suas crudelitates nec se timent casti-
ros aut alijs indigere posse. vñ in p-
uer. sapientū dicitur. Bona presidia
cōparat misericordia. ab alio enī ex-
pectes quod alteri feceris. habet in
aduersis auxilia qui in secundis idē
p̄speris cōmodat. quintil. causa quā-
ta. In aliena fame sui quisq; miserē-
nam quislibet timere habet ne fames
sibi cōtingere possit. hominū enī est
miseros fieri posse. Se igitur hoīez

abnegat qui alteri nō compatit̃. vñ
 seneca in hercule furente. Quencun-
 q̃ miserū videris hominē scias. Ideo
 cassio. epla. xxxviii. Proclutor sēper
 ad misericordiaz vīa bonis mentib⁹
 patet. Lactan. li. de vero cultu. Nul-
 lus opera indigere se putat qui suaz
 alteri denegat. qui perituro succurre-
 re pōt et nō succurrit occidit. vñ oul-
 dius de pōro. Regia crede michi res
 est succurrere lapsis. Anima duertāt
 igitur iudices vt reos misericorditer
 puniant ne sint de numero illorum.
 De quibus galter. in alexandre. Despe-
 rare solent alios i tempore duro qđ
 multi faciunt desperationis occasio-
 nem criminosis tribuētes. Attendāt
 enim illud tull. in oratione sua p̃ q̃n-
 to ligario. Nulla de virtutibus plu-
 rimis administrabilior nec gratior mi-
 sericordia. Homines enī ad deos
 nulla re propius accedunt q̃ dando
 misericordiaz hominibus. nichil ha-
 bet fortuna melius q̃ vt possis. nec
 natura melius quaz vt velis seruare
 q̃ plurimos. Itaqz bona natura ne-
 mini nocere petit. S; queres que sit
 misericordia. Ad hoc respondit tul-
 lius in tuscu. qōnibus. lib. iiii. Misericor-
 dia est egritudo ex miseria alteri⁹ in-
 iurta laborantibus itaqz ille miseretur
 qui aliene compatitur anxietate. vñ
 de quintilla. causa q̃nta. Voluit nos
 ille immortalis artifex deus in cō-
 munē succurrere p̃ mutuas auxilio-
 rum vices quēqz in alterū conferre. S;
 igitur iudices clementia vestris iudi-
 cīs astitricēz facite. his indulgere ac
 quiescatīs quorū conditio vestra est
 quibus etiā similes fieri potestis. Si
 vos sublimauit fortuna naturaz que-
 so propiā nō negligatis memēote

vos cupere deī propiciū iudicem
 habere s; quo pacto meremini si nul-
 li miseremini. Attendite illud ouidi.
 de ponto. Parcendū est aio misera-
 bile vulnus habenti. Queres fortas-
 sis cur iudices aliqui indulgere con-
 tēnunt. Miror inq̃ et non miror mi-
 ror qz legi nature obulant. sed nō mi-
 ror qz isti ipsi nō indulgēt. seqz pec-
 catīs onustos nō attendunt penarū
 qz infernalium flagella nō redimunt
 vñde. galte. in alexan. li. viii. Non ve-
 rissimile est alieno parcere cuiqz qui si-
 bi nō parcat. Merūtamen vbi sibi nō
 parcunt. alijs adhuc misereri tenētur
 iuxta illud senece. De moribus alie-
 ri semp ignoscito tibi ipsi nunq̃. quia
 scz vnusquisqz se punire debet p̃m ea
 que cōmissit delicta. Etiam igit̃ hij
 qui multos cōcussisse gloriānt̃ mul-
 tis pepercisse letarent̃. qz teste sene. li.
 de quattuor virtutibus scito honesta-
 tum et magnuz esse vindicte genus.
 Ignoscere. ouidius li. de arte. Dexte-
 ra precipue capit indulgētia mentes
 asperitas odium seu aqz bella mouet.
 et. li. de tristibus. Quāto quis maloz
 tanto placabile tre et faciles motus.
 mens generosa capit. Idem. li. sine ti-
 tulo. Si sapias indulge dñe vultusqz
 seuerus exue. nec rigidi ima tuere vl-
 ri. Ex his tamē arbitretur nullus ita
 misereri oportere. vt iusticia p̃termi-
 tatur. vñde sene. li. de clemētia. Tam-
 oibus ignoscere q̃ nulli crudelitas
 est. Modū tenere debemus sed quia
 difficile temperamētū est. Ideo quic-
 uid in partē humaniorē preponde-
 rat. magni animi propriuz est. In iuris-
 as atqz offensiones despiciere viri ē.
 muliebri autē litigare et morē tre sue-
 gerere. Ex quibus aperte apparetqz

cum misericordia iusticia faciēda est
potius tamē miseranduz ubi iusticia
nō contradicit. Nam ex puer sapien-
tum colligitur. Optimus est semper
ignoscere tanq̃ si ipse quotidie pec-
ces. Res inquit magne clementie est
indulgentia peccata potius q̃ iudi-
cando corrigere et horatius in li. ser-
monum. Equus est peccatis ventas
poscenti reddere. Kursus et assit re-
gula peccatis q̃ penas irroget eq̃s.
Itaqz sic indulgentus vt etiam cor-
rigendū. His autem precipue indul-
gentus est. quibus adest sincera ve-
niam petendo humilitas quam ha-
stere aut ex fortuna decidere. Illos
tū fortes nō dicimus qui suorum deli-
ctorum existunt defensores qui non
verentur cū malefecerint se validos
nuncupare: qz teste ouidio. ij. sine ti-
tulo. Felix qui quod amat defende-
re fortiter audet: quasi diceret. Illi
sunt felices qui illa amant que palaz
et iure defendere possunt. Sigit mi-
lites precipue xpiani assit animis ve-
stris fortitudo: ne subeat demonis ver-
furia: viribus si caretis animos erigi-
te: quia vincere vos nullus potest: nisi
propia libertate succumbatis. vnde
sicut in prouer. sapientū dicit. Nun-
q̃ periculum sine periculo vincitur:
nichil est magnū in rebus humanis
nisi animus fortis. Quid enim pdest
tua sapientia in periculo si non pro-
sit. Quid tēperantia si cadere te permit-
tat. Omnes enī virtutes sine virtute
sunt si fortitudo nō fuerit comes: qn
iūno virtutis nomen fortitudini ma-
xime cōuenit. Nam a viribus virtus
et in viribus fortitudo est. Mirum
igitur si fortitudo virtutis nomē pre-
ceteris habet. vnde galterus in ale-
xandreide li. vj. Nichil est qđ fortis
ardua virtus linquat inexpertū: mo-
uet oia z oia temptat. et ouidi⁹ li. de
ponto. Omnia deficiunt animus tū
omnia vincit. ille etiam vires corpus
habere facit. Et idem ouidius x. me-

thamor. Audentes deus ipse iuuat.
et prosper. li. epigrā. Qui valet in ad-
uersis onerataz ducere vitaz hic ma-
gnū est animi. vnde horatius li. carmi-
num. Rebus in angustis animosus
atqz fortis appare. Utinaz ergo cō-
memoremus predecessorū fortitudi-
nem animorūqz valitudinez. Refert
enim iustinus in abelo pompeii. li. iij.
Quomodo in mantuanoprello quiz-
daz adolescens animo floruit valde
cuius nomē themastodis. Refert. n.
qz hostes post prelij innumeras ce-
des fugaz acceperūt. Quos cernēs
prefatus adolescens ad naues hosti-
um fugit: et cū manu dextera nauez
tenuit: nec prius dimisit q̃ dexteraz
amitteret. qua amissa sinistra quoqz
manu nauez tenuit qua rursus amissa
morsu nauem detinuit. Itaqz nec
cedibus fatigatus nec manibus am-
puratus victus est. Unde ad vltimū
velut rabida fera dentibus dimica-
uit ducētaqz milia perlarū eo prelio
cecidērunt. Ecce q̃ laudabilis victo-
ria que fortitudine vendicata est. se-
neca epla. xliij. Non potest magnos
spūs athleta habere nisi sanguinem
suū viderit. tunc enim proiectus aim
non pūcit: sed cū magna spe ad pu-
gnam descendit. Q̃ vtiā tanta in-
hereret nobis fortitudo exercēdo mi-
litia christianā quantaz plurimi pro
temporali protectione habuerunt.
Hi enim sunt laudabiles sed illi mul-
to laudabiliores. Nec tamē putem⁹
oēs pugnatōres fortes debere nun-
cupari. virtutez habent fortitudinis
si licito titulo pugnant et si lucrū nō
sperent. vnde tul. li. j. de officiis. For-
tes quoqz et magnanimi sunt habent

di nō qui faciunt pugna sed qui pro
pulsant iniuriam. Vir tamē inuenit
qui laboribus susceptis periculisq;
aditis non querat mercedē aut glo
riā. Finimaduertant igitur seculi a
matores qui lucrū et fastū ex suis la
boribus expectant. In ipsis enī nul
la virtus est. Nam virtus mercedem
terrenā nō querit. Nō dico tū si in
cas quā gaudere nō possis: aut dam
na tua q̄ inimicorū occasione tulisti
recuperare nō valeas. Horū tamen
adeptio finis tuus esse nō debuit: q̄
prius ista vir armiger rēpu. tueri te
netur. Sed procul dubio illud tullij
verificat in tuscula. questio lib. j. Ne
mo sine magna spe se propriā offert
ad mortē. Que spes immortalis est
quandoq; re: et tunc bona est et diui
na. aliquando vero immortalis opti
one pugnantiū. q̄ scilicet ideo pluri
mi pugnant: q̄ se famandos in po
sterūz perpetuis diebus sperant. hec
autē spes vana est. Quia autē spes
fiat: non sub spe superbie: sed eterne
glorie: vt fortitudo que virtus est ta
li spe mediante habetur.

¶ Cap. xv. de perseverantia in bono
habenda.



Dene agere parū pro
dest si mē labilis exi
stet. Nō enī ex actib;
generatur habit^{us} nū
st affuerit boni opis
perseuerantia. vñ in p
uer. sapiētū. Nichil pdest didicisse be
nefacere si cesses. Mā turpe est bona
opa cepta deserere. quitil. iij. de ora
toris institutione. Perseuerandū est
saltem: q̄ sepius et si vires deficiunt
aīo tamē perseueremus. Mā teste tul.

In rhetorica prima. Perseuerantia est
in rōne bene cōsiderata stabilis ppe
tuaq; permanſio. Illi igitur perseue
rant qui bona incepra cōtinuant. Di
cis forsitan te pseuerare nō posse: q̄
teste seneca in ihteſte. Leue quidem
est iniurias ferre sed ferēdo cōtinue
perseuerare graue est. Idem seneca in
hercule fruente. Per multa opayir
tus laxari solet: quibus attentis: mē
ruz est si quis perseuerare possit huic
dubietati respondeo: omnibus agē
dis modū debere p̄beri: vt enim perse
seueres: nō oportet vt laboribus in
cessanter assistas. Sufficit enī vt ma
la euites: et ois opportunis bonis in
tendas: et si frequēter bona facere ne
queas: salte3 dum feceris diu perse
ueres. Iuxta illud senece in edippo
q̄ sepe fieri non potest fiat diu. Sz
quid dicemus de his qui non glori
antur nisi excogitando meritorum
varietatem: nullamq; observant sta
bilitatem. Quia etenim die vota ietu
norum celebrant: altera studio tem
pus dispensant. orare nunc promit
tantz cōtinere in posterum preordi
nant: et postmodū his omnibus cō
traria faciunt. Rufus vno tempore
velut heremite viuunt et in alio pu
blico cōtrectui assistunt. tales enim vna
die videbis rāz tristes et mēstos: rāz
marcidos et pallidos vt semimortui
credant. Innumerabili3q; penas pro
regno celorum pati exprimant. eosq;
quoq; postmodum videbis risibus
deditos in locis p̄mos ebrietatib;
dissolutos mulierum tactibus infe
ctos: et quicquid a sua voluptate sub
traxerunt hoc postmodū inepte sup
addunt. In ipsis enī nō est perseue

rantia: eo q̄ ab eis nō desideratur nisi
fastus et apparentia. Talibus enī
p̄deset si potius studerent in bonis
ceptis continuare q̄ sic nouitatē me-
ritorum: et vt melius dicant appa-
ratū excogitare sollicitent. seneca. epi-
stola. xvi. Plus operis est vt propo-
sitas custodias q̄ vt honesta propo-
nas. p̄seuerandus est enī et assiduo
studio attendendum quousq; bona
mens fiat bona voluntas. Et idem
ep̄la. xxi. Turpe est credere animus
luctari cū officio quod semel receptū.
q̄z vīr nō est fortis ac strēnuus qui
laborem fugit. et horatius lib. carmi-
li. oda. iij. Equam memēro in rebus
arduis seruare mentē: nō secus in bo-
nis ab insolenti temperatam leticia
Mempe qui vult fortis et p̄seuerans
fieri potius in bonis crescere q̄ ruer-
re habet: nec cum fortuna debet mu-
tari quod tamē instabiles faciūt. vnde
ouidius li. de tristibus. Rara quis-
dem virtus quāz non fortuna guber-
nat. que maneat stabili cum fugit illa
pede. item boetius primo de conso-
latione metro p̄rio. Qui cecidit stabili
non erat ille gradu. ouidius li. epi-
stolarum. Cepisti melius q̄ desinis
ultima p̄mis cedunt: dissimiles hic
vīr et ille puer. q̄z videlicet vnus con-
stans qui melius desinit. et alius incō-
stans q̄ facilliter decedit. S; plurimi
se viros appellant qui femineis mo-
ribus trubant minimeq; p̄seuerāt
De quib; oratius in epistolis Quos
petijt spernit repetit quod nūp omi-
sit estuat et vīte discōuenit ordine to-
to. Quod faciunt inconstantes. quia
sue instabilitatis calumnias locis im-
ponunt. Itaq; loca incessanter mu-

tant: nec tamē perampli⁹ ob hoc in-
bonis p̄tinuant. vnde socrates cū dā-
querenti. Cur mutatio locorum nil
sibi prodesset ad depositionem vitio-
rum respondit Quid miraris nichil tibi
peregrinari prodesse cum te circū-
feras. quasi diceret q̄ virtuosus melio-
ratur nō ex mutatione loci sed men-
tis. vnde seneca ep̄la. xxviii. Animus
debes mutare nō celum. licet enī va-
stum transieris mare: sequunt te vi-
tia quocunq; puenieris. Queris enī
quare fuga ista te non adiuvet. q̄z te-
cum fugit vitium. et ep̄la. lxxix. Fre-
quens de loco ad locum migratio in-
stabilitas animi est. Nec enī oīa di-
cta sunt ideo q̄z viri instabiles locum
statusq; pmutant credentes de suis
mederi cū sit tamē interior morbus
mentis enī non extrinseca mutare
oportet. vnde horatius lib. ep̄larum
epistola p̄ria. Impiger extremos cur-
ris mercator ad idos. Per mare pau-
perlem fugiēs per saxa per ignes. ne
cures ea que stulte miraris et optas.
Discere et audire et melior credere
nō vis. Vtilis argentū est auro virtutibus
aurum. Quis ciues ciues querens
da pecunia p̄mū est. virtus post nū-
mos. hec ianus summ⁹ et ab imo pro-
docet. et ep̄la. xi. Tu q̄cunq; deus
tibi fortunauerit horaz. Grata sume
manu. nec dulcia differ in annum vt
quocunq; loco fueris vixisse libenter
Te dicas. nam si ratio et prudentia
curas. Non locus effusilare maris
arbitrer aufert. Celum non animum
mutant qui transmare currunt. Rū
quid plures iuvenes p̄sepeimus qui-
bus paterna doctrina dicebat. Dis-
currere per orbem vt sapientes sitis.

Deu discursus iste sapientes hoies
nō facit. sed instabiles aio talem me-
dicinam querunt. Tales etenim vbi
cūq; sunt nusq; habitantur. q; vbiq;
ambulant et nullibi resident. n̄ mar-
cialis in. li. epigrā. Dic michi quo ve-
niam. dic qua te parte requiras. quis-
quis vbiq; habitat maxime nusq; ha-
bitat. Quid ergo prodest homini la-
boranti vt congrue uiuat si nō perse-
uerat: aut quid prodest inimicos ho-
mines vincere et vitia non domare.
Qui enim peccatis subiicitur: et si mo-
les immensas possit deferre. nichilo-
min⁹ fragilis est. vnde sene. vii. de na-
tura. questionū querit. Quid est in re-
bus humanis precipuum. et respon-
det animo oīa viciisse. Nulla enim vi-
ctoria maior est q̄ vitia domasse. In-
numerabiles siquidem sunt qui po-
pulos et vrbes habuerunt in sua po-
testate. paucissimi vero seipsos habu-
erunt. et subdit. Quid malus q̄ erige-
re animus supra miseras et premissa
fortitudine. quid manus q̄ cōtra ca-
lamitates eē ortas. et cōcludit. Quid
igitur infans. quid ābelo. quid sudo.
quid terram forum verso. Multo o-
pus est magis vt a sordibus disceda-
mus et a corpore animum seducam⁹
et tandem in occultis subtilitatibus
veritatem inquiramus. Dicit autē
peccator et vir instabilis quomodo
permanebo aduersus fortunaz dum
videbo fortune pmissa grandia mu-
nera que non de facili aninus refu-
git. Queso attende fortunam muta-
bilem et aninus stabilem fieri debe-
re. teste seneca epistola. viii. Cogita-
re nichil esse immutabile preter aīm
oīa enim fortuita lapsa intereū. ant

mus autē bonus perseverat. seneca
ep. a. lxxi. Et adez virtute et mala for-
tuna vincit et bona ornatur. Virtutē
intelligo animosam et excelsam. vīm
que oē id irritat quicqd infestat. non
inquit mirū est in tranquillitate nō cō-
cui. sed illud mirare vbi oēs faciunt
aliquē stare. Dices forsan q̄s me sta-
bilem faciet aut qua virtute pmanes-
re valebo. Nunc enī paupertas me
affligit: nunc timeo exiliū: nūc incar-
ceror: nunc infirmor. quō igitur subst-
itam. cui querele respōdet sene. ep. a.
xxiii. Parua sū et si quis respōdet in-
ter paupes ero exul sū vbiq; viuā
alligabor. ad hoc enī natura me ges-
nuit. vt corpore graui astringar infir-
mabor cessabit lāgor sanitate vī mor-
te moriar vt melius viuam. In omi-
bus ergo animus superstat sapientis
et constantis. sumus igitur fortes ad-
uersus fortuita. quia teste sene. ep. a.
xxxvi. In mores fortuna vis non h̄
animus ad tranquillū terminū venit
qui in eodē habitu est. s. qui pseuerat.
¶ Ca. xvi. qualiter a constantia nul-
lus debet recedere.



Este tul. de natura de-
orum. Inconstātia non
debet cadere in sapiēs-
tem virū cui nul nocere
pōt. Clerus est in q̄
multitāq; epictetū
la volūt stabilitate formari. sene. i. de
cōstantia sapientis narrat q̄ epycuri
corpū multū pepercerūt dicentes nō
licere sapientē ferre molestiā. quapro-
pter voluptatē tanq̄ felicitatē sum-
maz elegerūt. nō decet tū hoīem mo-
bilitate seu fragilitate sic agitari. vtp
quacūq; tribulatiōe immutet. immo

licet in tribulationibus persistatur. nichilominus patienter deus tolerare. narrat enim aug. ix. de ci. dei. c. liij. q. licet eneeas multas tribulationes haberet in parte ien. triua vsus ronis tamen in mente non perdidit. Ideo de ipso virgi. inquit mens imminuta manet lachry. me voluunt inanes. quapropter. liij. de nugis phorum narrat socratez dixisse sapientem offendere non posse. immo aduersus omnem fortunam stans et immobilis manet. vale. li. ij. de morte socratis refert q. fortitudo constantiq. vultu potione venenosaz lz mortiferam accepit. Et cum eius vxor lamentaretur dicens. Vir meus innocens moritur. socrates dicebat. Male inquit conueris. Nam si me diligis debes cupere vt innocens moriar. Turpe est enim morte dignum mori. Ipse enim socrates omnes mundo seruientes miseros vocauit. nam cum ab eo peteret quis miser esset. ipse respondit. Miser est inquit qui nunc miser fuit. quasi diceret q. ille miser est qui miseria mundi nunc sustulit. Nam veteres legimus in magnis angustiis perseuerasse. et licet onerosa fortuna ipsos persequeretur. nichilominus animo patientes permanserunt. narrat enim vale. li. v. ca. x. q. anaxagoras phus audita morte filij sui quem maxime diligebat immutatus permansit. vñ sibi annunciati respondit ita. vt fertur rem nouam seu inexpectatam non annuncias. Sciebam enim q. omne natum ex me esset mortale. Sciebam in super q. sicut nullus mori nisi qui prius vixerit. ita nullus viuere qui non moriturus sit. Ibidem etiam recitat valerius q. xenophon audita morte sui primogeniti filij minime commotus fuit

unde cum sacrificaret et coronam in capite haberet statim vt mortem filij audiuisset coronam per lamentatione tantummodo de capite deposuit. cum tñ interrogaret qualiter mortuus fuisset sibi relatum est q. in bello pugnando mortuus fuisset quo audito xenophon statim coronam reposuit et sub iuramento sacrificij affirmabat q. plus gaudebat de virtute filij quaz bellando habuerat q. de ipsius morte tristaretur. Ex his ergo patet q. predictorum virorum animos fortuna perturbare non potuit. valerius li. viij. ca. ij. de quodam alio pho scz biante narrat q. cum patriam eius priuam hostes inuasissent omnibus quos modo sentia belli incolumis abire passa fuerat periculis rerum pondere onustis fugientibus interrogat. quid ita nichil ex bonis suis secum ferret. Ego vero inquit bona mea mecum porto. pectore enim illa gestabat non humeris nec oculis visenda sed estimanda animo que domesticis mentis inclusa nec mortalium nec deorum manibus labefactari queunt. et vt manentibus preesto sunt ita fugientes non deserunt. Nec tñ in solo virili sexu talem meritis patientiam legimus imo etiam in muliebri fragilitate perseuerantiaz commemoratam reperimus narrat enim ambro. li. liij. de virginitate seu de virginibus q. mater quedam eiusq. filia intantum amauerunt castitates q. maluerunt in fluvium precipitari q. lubricitatis dedecore contaminari. unde cum violari timerent se mutuo amplexantes. et quasi choreas letas ducentes in fluvium se proiecerunt. Insuper aug. i. de ci. dei de lucretia narrat q. cum a tar-

quino violata fuisset parentes statim
 conuocauit et pre grandi animi con-
 stantia presentibus pareribus se in-
 terfecit lugens suae castitatis integri-
 tatem violatam fuisse. Si igitur mu-
 liebris animus mori non pepercit vir
 igitur fortis et iuuenis perseveran-
 ter in bonis operibus permanere de-
 bet atque vitia constanter debet dete-
 stari. Seneca li. ij. Nunquid cum viris
 satis litigamus? Ea igitur persequere
 sine modo sine fine. Nam in vitiis non
 est modus nec finis. quia mentem sine
 vicia lantant. Si igitur extrahi non
 possunt cum illis potius est cor euel-
 lendum. Ex his igitur concludamus
 constantiam maxime habendam ad
 mala compescenda. Huius autem te-
 poris nulla est constantia virorum. sed
 fragilitate imminente modicorum timo-
 ris occasione decidunt. Quos tamē
 ut veterum constantiam commemo-
 remus. narrat enim valerius libro se-
 cundo quod vir quidam dictus codrus
 mori se exposuit etiam ultra vires ut
 sui victores efficerentur. Item augu-
 stinus quinto de ciuitate dei capitu-
 lo. xxiij. Narrat de quodam qui se in
 foueam precipitauit eo quod audiuit a
 dijs fuisse dictum quod romani perderet
 id quod optimum habebant. Narrat
 etiam de bruto qui filios suos occi-
 dit. quia fuerant contra rempublicam. unde
 poeta Maro quoque pater noua bella mo-
 uentes ad penam pulchra pro liber-
 tate necauit. Item narrat de alio qui
 filium occidit eo quod contra volunta-
 tem imperij fecerat. licet pro patria
 pugnasset atque vicisset. Nam estima-
 bat peius imperium contemnere quam ab-
 iectum voluntate imperij etiam pro pa-

tria gloriose vincere. His ergo exem-
 plis colligimus antiquos constantes
 ideoque famosos fuisse. atque ratione sue
 animositatis nomen accepisse.

¶ Capitu. lvi. xxvij. de constantia ma-
 nu tenenda.



Nillum reddit opus
 laudabile. aut iter co-
 ronata merita nume-
 randum si constantia
 desit. Ubi autem quis per-
 manet postans sui ope-
 ris perfecti adipsi mereri. Nepe constan-
 tia veritate predicat iudices prauos
 redarguit et omnium virtutum genera ad sa-
 lubrem portum deducit. nunquam dio-
 genes veritatem dicere singulis formi-
 dabat. Narrat enim vale. li. liij. ca. iij.
 qualiter aristippus diogenem onerata
 uanti dicebat. O diogenes si diony-
 sium adulare velles ultra non esses. cui
 diogenes. Si tu iquit ista esse velles
 non adulares dionysium. Ecce quanta
 viri constantia qui maluit pauper fieri
 pro veritate dicenda quam adulari et exin-
 de ditari. Sed nec in solis viris con-
 stantiam reperimus sed etiam feminas
 animo fortes exstitisse legimus. Narrat
 enim vale. li. vi. ca. ij. qualiter mulier
 quedam absque demeritis philippo re-
 ge temulento condemnata postante pro-
 uocarem ad philippum inquit sed sobri-
 um. Excussit itaque crapulam oscitant
 ac pueris animi ebullire respicere cau-
 saque diligenter inspecta iustiorē sen-
 tentiam ferre coegit. Igitur equitas
 tem quam impetrare non potuerat ex-
 torisit potius presidium a libertate quam
 ab innocentia mutuata. Insuper nar-
 rat qualiter cum dionysius tyrannus pro-
 pter nimiam crudelitatem deberet succi-

bere. mulier quedam ultime senectutis
 quotidie matutino tempore sola ora-
 batur Dionysius incolumis esset quod cum
 audisset Dionysius eam interrogavit
 cur hoc diceret. ipsa autem respondit cum
 inquit essem puella tyrannum crudelem
 habuimus cui crudelior successit: tu
 autem tertio adueniens ceteris crudeli-
 or fuisse peto igitur ut maneam timens
 ne peiores post te habeamus. Ecce
 quanta mulieris constantia que veritate
 dicere non erubuerat. Laudanda est
 igitur virtus constantie seu fortitudinis
 quam siquidem virtutem macrobius lib. i.
 sic describit. Fortitudo seu constantia
 est animus supra periculum erigere nichilque
 nisi turpia metuere fortiter tolerare
 aduersa et humiliter prospera. Qui ei
 hac virtute caret nullam in suis operi-
 bus prosperitatem obtinebit. nam per
 ipsam constantiam martyres preuale-
 runt confessores usque ad obitum perse-
 rauerunt et principes dominari meruerunt.
 Narrat etiam vale. ubi supra qualiter
 pompeius cuiusdam viro antiquo suam
 etatem improbabat dicens ipsius mor-
 tuum fuisse in senectute: et exindere
 suscitatum. cui senex respondit. Non me-
 tris inquit poppei: quod cum mortuus essem
 fui ad inferos: ibique vidi multos de te
 conquerentes eo quod iniuste pro te con-
 demnati fuerunt atque perditionis eorum causa
 fuisti. Itaque eo tempore et fortissimus erat
 cum poppeo maledicere et tutissimus.
 Viri ergo christiani in via domini constantem
 ambulare debent non timendo eos qui
 occidunt corpus sed in domino fiduciam
 constituere. unde tul. in ii. rheto. lib. ii. co-
 fidentiam sic describit. Confidentia
 est virtus per quam magnis et honestis
 rebus animus cum spe certitudinis fi-

duciam collocavit. Hanc in fiduciam
 plurimi non habent: quod nec in deo nec
 in hominibus confidunt. Cuius oppo-
 situm legitimus de alexandro scdzo vale.
 lib. iiij. ca. viij. quod narrat qualiter cum ale-
 xander infirmaretur et suus medicus
 nomine philippus potionem ei dare
 vellet. tunc quidam dictus parmenis
 non alexandro scripsit: ut caueret ab in-
 fidis philippi. Inde ac pecunia
 corrupta a dario. Cuius litteras cum
 legisset potionem indilate sumpsit:
 et philippo litteras legendas tradi-
 dit. Itaque prius sumpsit potionem
 quam medico nuntiaret suspensionem.
 Narrat etiam idem valerius lib. iiij.
 ca. i. quod plato xenocrate discipulo suo
 tam constanter moderatus fuit: ut cum
 audisset eum de se multa imple locu-
 tum sine ulla cunctatione criminato-
 rem respuit. Et cum instaret toruo-
 vultu iudex causam querens cur sibi
 fides non haberetur: adiecit non esse
 credibile: ut que ratio opere amaret ab
 eo inuicem non diligeretur. Postre-
 mo cum ad iurandum inimicitias
 ferentis malignitas confugisset ne de
 perfurio eius disputaret: affirmavit
 nunquam xenocratem illa dicturum fuisse:
 nisi ea dici sibi expedire iudicasset.
 Confidetur igitur eamus non de deo
 non de proximo diffidentes. Nam la-
 cob claudicabat et tamen preualuit
 quod dominus cum illo erat. narrat vale-
 rius lib. iiij. ca. viij. qualiter cum cuidam
 sphartano claudio in aciem descendere
 et unus impropere dices quid sibi
 dem faceret. ille respondit. propono
 pugnare non fugere: licet ergo clau-
 dus esset: tamen confidebat. Narrat
 etiam de quodam cui cum diceretur

q̄ sagitte aduersariorū sc̄z perſarum
propter multitudinem obſcurabant
ſolem: ipſe reſpondit bene narras. in
ymbra enī melius preliabimur hoc
enī ex magna confidentia dicebat
Insuper ibidem narrat valerius de
quodam eiſdem vrbis atq; animi vi
ro q̄ hoſpiti ſuo patrie ſue muros ex
celſos latoſq; oſtendenti dixit. ſi mu
lieribus iſtos comparaſtis recte ſi vi
ris turpiter. Conſtanter ergo et con
fidenter ſperemus in domino: q̄ te
ſte propheta. Qui ſperant in domi
no non confundentur.

¶ Finit liber quintus ſophologi ſe
liciter.

¶ Incipit liber ſextus qui eſt de ſeptē
peccatis mortalibus et de virtutibus
contrariis eiſdem.

¶ Capitulū primum eſt de humi
litate quomodo exaltat et ſuperbia
deprimat.



¶ Tri glorioſi humilita
tis gratia deo placue
runt. Cū narrat Gre
gorius in dialogo li.
primo cap. xv. qua
liter conſtantiuſ hu
milinū fuit. Nam cum quidam ip
ſius conſtantini audiuiſſet famā ac
ceſſit vt ipſum videret quem cum vi
diſſet ait. Ego inquit credebā iſtuſ
hominem grandeſſe ſed nichil ha
bet de homine. quod cū audiſſet cō
ſtantiuſ gratias agebat dicēſ. Tu
ſolus eſ qui in me oculos apertos ha
buiſti. Ecce magis amauit deſpicie
tem q̄ laudantem. vnde augu. ſupra
iobannem omelia prima. Vera inq̄t

humilitas eſt in nullo ſuperbire in ni
lo murmurare in nullo ingrātum eſ
ſe vel querulum: ſed in omnibus deo
gratias agere. et idem aug. episto
la. xiiij. Non eſt inquit alia via ad obtinē
da veritatē. niſi humilitas: quia per
eaſ vnusquiſq; ſe cognoſcit. et ibideſ
narrat de demoſt bene oratore q̄ cū
interrogaretur quid nā eſſet in dicē
do efficaciffimum reſpondit q̄ pro
nunciatio. et cum ſecundo tertio ab
eodem idē peteretur pariter idē re
ſpondit. ſic inquit aug. Quotiēſ de
preceptis humane legis me interro
gas quod magis obſeruandū nichil
aliud reſpondere licet niſi ſerua hūi
litateſ que quideſ humilitas non er
roreſ ſed ſcientiam gignit ſi vera fue
rit. vnde anſelmus li. de ſimilitudinē
bus ca. xxvij. Septē inquit ſunt gra
dus humilitatis. primus eſt cognitio
ſui. ſecūduſ dolor de culpiſ ppetra
tiſ. tertiuſ ſui peccati cōfeſſio. quar
tuſ voluntaria pſuaſio ſc̄z q̄ fateatur
ſe peccatoreſ. quintuſ cōtemptuſ ſui
ſextuſ tolerantia iniuriarū. ſeptim⁹
gaudiū ſue humilitatiſ. Quorundā
tamē ſciētia non humilitatiſ ſed inflat.
ad hoc tñ nō eſt ſciētia ſz ignorantia
eſt qm̄ teſte greg. morali. xiiij. Vera
ſciētia nō extollit ſed lamentare facit.
Dicīſ enī ecclē. i. Qui addit ſciētiā
addit dolorem. vnde bernar. de gra
dibz humilitatiſ ſic humilitatē de
ſcribit. Humilitas eſt virtus quae
riffima ſui cognitione ſibi ipſi quiliſq;
vileſcit. ideo humilitatem augu. ſua
det ſuper iobannē omelia. xv. dicēſ
¶ Inquit omniū virtutū turpitudi
neſ curaret deſcendit filiuſ dei et hu
milis factuſ eſt. Si ergo te pudeat

imitari humilē hominē seruū: imi-
tare salteꝝ humilē deū. vnde math.
xj. Discite a me qꝫ mitis sum ⁊ humi-
lis corde. ⁊ grego. moralium. xxxliij.
Quāta inquit humilitatis virtus est
per quā deus sine estimatione viue-
bat homo. Ilcet magnus factus esset
paruulus. Itē hierony. ep̃la. lxxxvij.
Illam inquit sequamur humilitateꝝ
quā deus docuit: qꝫ multi eius vni-
biam pauci vero eius veritateꝝ attin-
gunt. Auferantur igit omnia figmē-
ta verborum cessant simulati gestus:
Quoniam non cerimonía sed inu-
rie patientia humilē probat. Atten-
damus autē qm̃ per humilitateꝝ vir-
go sublimata est. et oīs superbia po-
stulat casum. Nam petron cecidit su-
perbus: vt dicitur. ij. methamor. Et
dedali filius aera scandere volens p̃-
cipitatus est. Romani quoqꝫ sua su-
perbia subiecti sunt: quoniam superbis
deus resistit: teste propheta. Nam ⁊
humilitatis exemplum a christo su-
scepimus. omnesqꝫ sup̃bos detectos
legimus. Nunquid aman propter su-
perbiā suā ab omnibus adorari
voluit. sꝫ in patibulo suspensus fuit:
quod parari fecerat: hester. vj. Nun-
quid superbia babilonis linguas di-
uisit: et superbia volentiuꝝ turriꝝ edi-
ficare iꝫqꝫ ad celum per linguarum
cōfusionem humiliata est destructa:
vt habet gene. xj. Nam propter sup-
biā baltasar filius nabuchodonos-
or rex babilonis interfectus: et na-
buchodonosor de solio detectus est:
vt habetur iudich. ij. et daniel. iiij. Mi-
chanoꝝis superbia debellata fuit. ij.
macha. xv Et anthiocus propter su-
perbiā insanabili plaga a domino

percussus est: vt dicitur. ij. macha. ix.
Nampe sicut fecit superbia casum:
sic humilitas exaltat. Nam dauid fu-
it minimus inter fratres suos. super
quos tamen fuerat exaltatus: vt pa-
tet primo reguꝝ. xvj. Rursus manaf-
ses precessit effraim. qui tamen effra-
im habuit benedictionem: vt patet
in genesis. xxvij. Nunquid adonias
natus est ante salomonē: et tamen sa-
lomon obtinuit regnum dicitur. iiij.
regum. xliij. Illi ergo maiores fue-
runt qui tempore posteriores et cor-
pare timores fuerunt. scilicet humi-
les. qui auteꝝ ambitioneꝝ preamaue-
runt. mox per ruīnam cōsumpti sunt
Nam chore et sui complices perie-
runt: qꝫ dominuꝝ ambiebat ⁊ moy-
si detrahebant. Itē absolon detra-
bens patri ambiebat regnum: ideo
detectus est secundo regum. xv. Am-
bimelech procurabat dominum sed
postmoduꝝ in crimina maxima incl-
dit: quoniam filios prop̃ios interfecit
Et roboam ambitiosus pessime re-
gnauit. iiij. reguꝝ. xliij. Quomodo enī
fieri pōt vt sistat firmo gradu super-
bus. Nam si uanus qualiter firmus erit
Si uolenter scandere altuꝫqꝫ trans-
cendere p̃sumt: nunquid p̃cipitio lu-
gebit cum nullū uolentū p̃petuū na-
tura testatur. Fastus nāqꝫ sup̃boruꝝ
fundamento caret cuꝝ nō rōne robo-
retur: alijs sup̃bia nō esset qui enī rō-
ne erigunt superbi nō sunt. Sed nū-
quid difficile est illud permanere qđ
in altum eminet si fundamentum non
solidetur: Ecce uides sup̃bis dei sus-
dicto cōgrue casum. iiij. regum. xvliij.
Babin occidit dñm suuꝝ vt regnaret
sed nō regnauit nisi septem diebus.

Solomons etiam propter ambitiones
suam falso occupauit regnum alexa
dri: sed mortuus est tertia die primo
machabeorum. xv. Adonias dicebat
regnabo post patrem meum: sed contrarium
accidit sicut patet. iij. reg. j. capit.
¶ Ca. ij. de humilitate.

Se humillare exalta
re est. Jo ap. iij. ad
corin. vlt. ad humill
tatem nos hortatur di
cens. Ipse vos probate
an cognoscatis vos
metipso. quasi dicat qd homo seipsum co
gnoscens de facili humiliat. ideo bea
tus aug. li. soliloquiorum orando dice
bat. Utinam nouerim te: noueris me
nam qui se cognoscit uidet: quia putredo et
cinis est. unde ge. xvij. dicitur quali
ter abraham loquens cum deo dicebat
Loquar inquit ad dominum meum cum
sim pulvis et cinis. de hac cognitione
loquit bernardus super cantica omel.
xxxvj. Uolo inquit purgare animam
primo scire seipsum quod postulat ratio
ordinis: quoniam apud nos sumus pri
mus vobis. Talis enim scientia non
inflat: sed humiliat. unde macrobius
li. j. narrat qualiter in fronte templi ap
polinis scriptum erat: hec est via ad
beatitudinem si teipsum cognoueris.
Unde vox de celo descendisse creditur
dicens. scito teipsum ut tradit policra
tus li. iij. ca. ij. cui concordat iuvena
lis dicens qd illa vox de celo descendit
dicens gnoti solidos id est scito teipsum
unde aug. iij. de trinitate ca. j. Scien
tiam inquit celestium atque terrestrium
magnam existimat humanum genus
sed profecto meliores sunt qui scien
tiam hominum seipsum nosse preponunt. quia

laudabilior est animus cui nota est
sua infirmitas. quam qui ea non respecta
vias siderum scrutatur. Insuper ber
nardus super cantica omel. xxxvj. Su
perbia est inquit ignorantia cui cum
melior quam sis tua deceptrix cogni
tio esse mentitur. Nam vita sepe se
virtutes fore simulat: ut ait grego
rius moralium. xxx. ponens exempla
et dicens qd dissoluta misericordia pie
tas habetur et pertinacia constantia
creditur timor incompetens dicitur
humilitas: et vocis tactantia libera
litas vocatur pigritia maturitas in
queritudo sollicitudo nominatur: et sic
de alijs. Multi ergo sibi ipsis menti
untur: quia sua vitia virtutes putant et
se ignorantes crimina multiplicant.
Homo igitur suam debet examina
re conscientiam: ut quod malum est cor
rigat et quod bonum est teneat. nam
de sanctis animalibus in ezech. legi
tur qd corpus eorum erat plenum oculis
et de virtutibus iustis gregorius expo
nit super ezech. li. primo omel. vij. et
xxj. Ceterum hugo de claustro anime
sicut inquit conuentus hora statuta
ad capitulum confluxit ut mala corri
gat: sic ratio ad secreta cordis debet
conuenire: et quod nefas est corrige
re. iuxta illud ysai. xlvj. Preuarica
tores redite ad cor. Et ibidem isa
ie. lxiiij. Reduc me ad memoriam ut
iudicemur simul: quoniam cogitatio
nes istorum iudicia prouerbio. xij.
Non quidem iudicia ad iudicandum
altos: sed ad iudicandum seipsos. iux
ta illud ecclesiastici. xxxi. Precurre
prius in domum tuam et illuc aduoca
te. et ezech. xl. Labia eorum reuera
intrinsicus per circuitum. Quod qui

dem grego. li. ij. omellaru. ix. exponit
de vera cognitione sui. ex qua sequi-
tur humilitas. vnde seneca. lib. iij. de
ira narrat qualiter sextus omni die se
ipsum interrogabat qualiter vixisset
sicut alias tactus est. Pariter etiam
quisq; facere debet. Clertamē sicut
ait gregorius super ezech. li. i. omel.
xi. Sicut aqua concussa seu meta nō
representat imaginem intuentis. sic
anima inquieta seipsam cognoscere
non potest. tunc autem anima est in-
quieta quando mundanis sollicitudi-
nibus occupatur et de diuinis mu-
neribus nō cōtentatur. Si vis igitur
teipsum cognoscere intra cubiculu
domus tue et exclude omnia preter
deū. vt docet augustinus in suis me-
ditatōibus. Si quis enī ad hoc per-
ueniat vt sua cognita fragilitate clarif-
sime concludat se mortis expectato-
rem assiduum peccatores se cernat se
cinerem vilem immundum ignarum
inmemorem beneficiorum dei. hīs
nempe cognitis non erigetur in altis
nō iactantijs aut laudibus herebit.
sed humili planctu fatebitur eos tan-
tummodo laudibus dignos quorum
mens tēdit ad suprema primo sice-
ro contēptu fini. **Q** vir perste quid ti-
bi peritit aut lecture profunt si te ti-
bi propinquum: tibiq; intuitum non
noscas. Syderum forsan percuncta-
ris motus et proprios negligis act?
Planetarum situs forsitan vsq; ad
minuta queris et peccata tua grauis-
sima non cernis. scis tamen quia nil
tibi facilius: nil vtilius. q̄ si vera tui
cognitione cunctaris. Obstat fortas-
sis vanum seculi lumen cuius intui-
tu mens execata veritatem non per-

pendit. aut ei⁹ decore tracta se supra
se non reflectit.

¶ Ca. iij. quomō humilitas facit ho-
mines acceptos.



Humilitas reddit ho-
minem acceptū ama-
bilem et sublimē quā-
do p̄cipue humilitas
nō est coacta vnde art-
sto. v. metha. Qui hu-
miliat. sponte melior est q̄ qui humili-
at vi. Si enī humilieris te renuēte
q̄ gratia tibi debet. tunc enī mereris
q̄ in medio voluptatū et honoz te
ipsum corde vllspēdis. vnde briuio.
Humilitas est virtus qua hō verissi-
ma sui cognitiōe vilescit ideo sene. ad
lucil. ep̄la. vij. Redigete ad parua: ex
q̄bus cadere nō possis. vnde valerius
maximus lib. vi. ca. ix. narrat q̄ cum
Ennius valerius flaccus secūdi bel-
li punici t̄pibus luxu perditam ado-
lescentiam inchoasset quo facilius a
vitijs recederet ad curam sacrorum
et cerimoniarū conuerso animo vsus
duce frugalitatis religione q̄tum p̄
us luxurie fuerat exēpluz t̄m postea
modestie et sanctitatis specimē eua-
nescit. vnde prudentius li. de consi-
ctu vltiorū. **H**umilitas intēdit gres-
sum mediocriter. os quoq; parce eri-
git. et ovidius. iij. de trist. Tu quoq;
formidas nimium sublimia semper
propositiq; tui cōtrabe vela precor
nam teste hora. li. epistolarum. **P**ar-
uum parua decent omnis autem ho-
mo paruus: quare versificator ait.
Spernere mundū spernere nullum
spernere sese: spernere se sperni quat-
tuor hec bona sunt. **Q**uāta eorum
stulticia qui in seipsis gloriātur. non

aduerunt enim omēs superbos cor-
rumpisse. sed potius presidia ubiq; perit
nullum reuerentur nulli obedunt lu-
ciferiq; videntur vestigia sequi. eo q
de bonis si qui habuerunt deo grati-
as non impendunt et cū fortuna di-
trauit eos tunc deū negligunt et post
ponunt et se ipsos deificos putant.

Legimus tamē q cū xenophon sacri-
ficaret deū reuereri nō p̄termisit. licet
maior filioꝝ suoz in prelio cecidisset
se ipso sacrificāte audierit. vt refert
vale. li. v. ca. x. Hoc enī superbia mū-
di fieri nō p̄termittit. tanta est enī
vt si quis nedum filiū immo etiā no-
ciūz aliquid acceperit statim insur-
git blasphematur deum irreueret̄ cer-
uicē contra deum oīpotentem erige-
re non formidat. Hec q̄ stulta super-
bia que deo submitti recusat. nam te-
ste virgilio in bucolicis. Atoue est prin-
cipium: sed a deo est omne bonū ad-
cū obediētiā homo conditus
est: sed transgressionis p̄nam p̄ua-
ricationez superbia causauit. Quinā
ergo illi obediremus cuius imperiū
vitare nō possumus: cuius dominūz
toti p̄sudet orbi. Illi ergo obedimus
cui obedire seruire ē. cui seruire regna-
re est. De qua obediētia hugo. Cle-
ra iquit obediētia est pro amore dei
seruare mandatum. Plurimi tamen
non dei mandatum sed propriū arbi-
trium sectantur. vnde cassiod. ep̄la. lx-
xliij. Antinus dolosus nō sequitur dei
arbitrium. sed suas expluat volunta-
tes. vnde terētiū in adelphis. Quid
tu illic agis nemo obtemperat. pau-
ci enim obediunt deo. cum tamen au-
gustus cesar. in exclamatione quam
fecit contra vltimū virgilij iussu de

abolitione eneidis dicat. Est legum
seruāda. fides suprema voluntas qd
mādat fieriq; iubet parere necesse ē.
Ueruntamen nullus leges diuinas
infringere timet. tantaq; hominū te-
meritas est: vt suū nutū diuine pre-
ferant legi. minoraq; legum statuta
contemnant. minime ergo maiorib;
obediunt. iuxta illud salustij in catili-
nario. Quomodo poteris in minorū
negocio legem timere si ea negocio
maiora neglexeris. Nam leges sunt
sicut tele araneorum. quibus infirmi-
ora animalia capiuntur et validiora
non. sic leges obseruare pauperes co-
guntur. et a superbis leges contem-
nuntur. vt ponit valerius. li. xij. vnde
borati in epistolarū. li. iij. epistola p̄-
mat Clamant perisse pudorem. cun-
cti pene patres ea cum reprehendes-
re coner. Que grauis esopus que do-
ctus rostitus egit. vel qz nil rectuz nisi
quod placuit sibi dictū. vlt qz turpe
putant parere minorib;. Et que im-
berbes didiscere senis perdenda fate-
ri hoc enī superbia facit que bonis
moribus obedire nō permittit. Rur-
sus superbia homines reddit ingra-
tos dei hominūq; beneficia cognō-
scere dissuadet. Quod sunt enim qui
superbie timore seducti parentes fu-
gunt pauperes. a quibus bona p̄s-
mitus susceperent. Alij quoq; suos
magistros reuereri verentur. a quib;
eorum doctrina exordiu cepit. Su-
perbia tu facis vt homo se ipsum ne-
gligat bñficiq; accepti immemor fi-
at et ingratum eum reddis cui maxi-
me congruit beneficij cognoscere su-
scepta. eo q inest sibi ratio et mens q
singula talia cognosci possunt. Un-

De de ingratitude loquens seneca.
 li.i. De beneficijs intervitta iquit ma-
 xima nil est frequentius q̄ ingratitu-
 do animi. z ibidem li.ij. Quidam in-
 quit furtive gratias agunt. z in angu-
 lo et ad aurem. et subdit. Ingrat⁹ est
 qui remot⁹ arbitrijs agit gratias. Et
 idē seneca ad lucillū epistola. lxxxi.
 Nichil carius estimamus q̄ benefi-
 cium quo diu petimus nichil vilius
 cum accepimus quod est verū apud
 superbos sed humiles bona suscepta
 cognoscūt: suaqz gratitudine vendi-
 cant amicos Saul pascebat asinas.
 et dauid oves. et tamen reges effecti
 sunt. Constantinus ex pauperrimo
 postq̄ duxit helenam in vxorem fa-
 ctus imperator. Quo abiit piscatio
 neronis qui piscabatur cuz retib⁹ au-
 reis. Ubi est potētia pharaonis: vbi
 ciuitas troie vbi babilonia que tam
 famosa et eleuata fuit. Quorū ab-
 erunt agrippa et iulianus quos for-
 tuna ita alte erexerat. Stultus ē igitur
 qui in talibus confidens superbit
 Quid superbis o homo. an propter
 sapiam. Salomon nonne sapiēs sed
 tamē idolatrauit. athithēphus con-
 siliarius dauid tandē laqueo se suspē-
 dit. Nonne sapiens catho se occidit
 et democritus. Si propter pulchri-
 tudinez pulcher fuit absalon et tñ su-
 spensus ad arbozem fuit. et elephas
 propter pulchritudinez dentium se-
 pe morti datur. Samalio pulcher-
 rimus in vita sed turpissimus in mor-
 te. Istud considerabat rex rex qui vi-
 dēs magnā multitudinez dixit. Ben-
 cito hec in cinerem redigent. Iouin-
 anus ingentem diligentia adhibuit
 multū laborauit vt regnaret: sed die

illo quo rex esse debuit interijt.

Capit. liij. de superbia qualiter fu-
 gienda est.



Superbia est eleuatio
 in debita mētis que iu-
 re meretur casum. ho-
 minē ifatuat amicitia
 am sepat generat iur-
 gia patientia tollit ex-

cessus suadet correctionē respuit elo-
 quūz tumescere facit mores elatos
 reddit deprecari dissuadet se flectere
 nō pmittit: nullūqz vitiū magis pro-
 prie demonib⁹ hoīem equat vñ plau-
 tus in aulula. Res nimis singularis
 est hō superb⁹ nō patiens. Nā supbi
 minores despiciūt maiorib⁹ inuidēt
 et equalib⁹ dissentiūt. vnde sicut p-
 uer. sapientiū dicit. Esto fit ignomi-
 nia supbi gloria. Nec tñ illos estimo
 superbos qui famulatū hoīm sic acci-
 piunt q̄ eos nō cōtēnunt. vnde sene-
 ad lucil. ep̄la. xlvij. In homines inq̄
 similes nobis superbiā non agimus
 minimāqz seruitutez exigimus. Cle-
 rum q̄ corpus famulari permittim⁹
 sed nō mīn⁹ appreciamur. Ipsos enī
 fratres nobis natura eadez progeni-
 it. Prochdolo tamē superbia de die
 in diem crescit. Illi quoqz qui super-
 biores sunt nobiliores volunt nū-
 cupari. iuxta illud salusti. i iugurtino
 Superbie cōmune nobilitatis ma-
 lum est. hi enī ceteros rusticos vo-
 cant conditionisqz serullis: eo tamē
 pacto quo ceteris iniuriantur igno-
 biles se fore ostendunt. Nobilitū enī
 non est nisi ea facere opera que nobi-
 lia sunt. si enī adest fortuna prospe-
 ra cur superbiūt scientes q̄ solida nō
 est. vnde tul. li. i. de offi. In rebus au-

tem prosperis superbia fugienda est et arrogantia. Nam aduersas res et prosperas immoderate ferre leuitas est scilicet insipiente. Utinam superbis versificatoris documentum me te conspicerent. Aut enim. Unde superbit homo cuius conceptio culpa. Nasci pena labor vita necesse mori. Vana salus hominis vanus labor omnia vana. Inter vana nil vanius homine post homines vermis post vermem fit cinis. Heu heu sic cadit in cineres gloria nostra fuit unde primas. Stribi copia si sapientia formaque detur. Sola superbia destruit oia si comitet. et prosper li. epigram. Sola est in numeris armata superbia telis: quia scilicet sola superbia infinitas sagittas gignit peccatorum. unde trionce iuuenalis lib. iij. Supbos ita alloquit. quia tu galline filius albe nos vilis populus nati in felicibus ouis que verba prebunt. ut nullus presumat de femine vel matre lactare seipsum omnes enim eiusdem nature sumus nec pulchritudo debet gignere fastus. Ceterum tamen teste oul. li. i. de fastis. Fastus inest pulchris sequitur superbia forma. Si tamen attenderent pulchri se turpes futuros clare cernerent eorum gloriam existere vanam. Inquiramus ergo unde oritur in homine fastus aut presumptio. Si enim ex malo tunc superbie occasio non est si ex bono cur superbit enim non ab ipso sed ex deo sit. Stultus enim est qui de non suo lactantia facit. unde galterus li. ij. alexan. Marcite morales animas extollere fastu. Marcite victores in gratia vivere summo. victori vires sceptrum dyadema triumphos diuitias dare quod potuit auferre valebit.

Itaque omnia bona ex deo sunt. Si quis etiam ex bonis superbiam accipiat bonis iam caret. unde prosper li. epigram. Qui quod non eecidit proptius sibi viribus aptat. Hoc ipso quod se stare putat cecidit. Ecce vides omnem superbiam postulare casum licet itaque ratione carere. nam fastus omnis non ex ratione sed ex mera stulticia deriuatur. Itaque stultiores illi sunt qui de sua fortuna aut sapientia superbiunt qui ceteris sapientiores existere credunt qui doctiores eis se posse instruire presumunt. dicente varrone in suis sententiis contra. nquit. Omnes sapere desipere est et non sapere. tul. li. de archademacis. inepte quis minervam docet. et siluester. Pudeat docuisse minervam. Evanescent ergo mundi sapientes eorum superbia mera insipientia est. Ambiant enim principatus dominia plateas familiam et seipsos non possident seipsos ignorant eorumque pacto quo superbiunt fatuisant. unde sene. li. de quattuor virtutibus. Ne in re altiori te ponas in qua stant tremendum descendenti cadendum est. et idem sene. epla. lxxij. Ambitiosis non tam locundum est multos videre subiectos quam graue aliquem ante se habere pare. Nec enim ambitioforum stulticia est sibi parere pati non posse. aliisque pesse potest sibi aut si pessen. non tumesceret superbia. unde in puer sapientum dicitur. Tis habere honorem do tibi imperium magnum. impera tibi. Nullum enim imperium vtilius quam sibi ipsi imperare unde socrates. Stultum est ut imperare quis velit alijs cum ipse sibi imperare non possit. et fulgentius li. ij. mto

logiarum. Qui plus querit esse q̄ li-
cet minus erit q̄ vellet. Si quis igitur
ascenderit sic itare studeat vt cade-
re non oporteat. vnde macrobi. li. sa-
turnalium. Ad summum inquit gra-
dum claritatis cum veneris egre cō-
sistes et citius q̄ ascenderis cades.
Ele autem regibus et principibus q̄
gloriam mundi quasi perpetuaz ar-
bitrantur. casus enim non habent ti-
morez: quia fortassis non cognoscit
deus maiores de quibus sardonius in
suo epistolari lib. ij. Sicut inquit ho-
minibus reges imperant: ita domi-
nandi desideria regibus dominant.
Cur igitur superbiunt reges: his enī
sa seruiunt quibus preesse se tactant.
Nā si rex bonus es tunc sollicitus
quid seruis faciat vt maluz corrigat
bonū q̄ premiatur. Studeas enī qd
imperabis quomodo republicaz de-
fensabis quas leges facies q̄bus of-
ficia cōmittes quo pacto emulos cō-
tentabis quo tramite amicis place-
bis. In his enim omnibus tibi famu-
lantibus subseruis. cur igitur subser-
uis. Dices enī q̄ hec omnia alijs cō-
mittes. Quomodo igitur regis reue-
ra rex non es nisi populū regas quē
si reperis vt prefertur famularis. Ab-
sit ergo vt superbiā ex domino susci-
pias quod fecisse legitur alexander.
vnde valerius li. viij. ca. xv. Al exātri
inquit pectus insatiabile laudis qui
anaxarcho comiti suo ex auctoritate
democriti preceptoris innumerabi-
les mundos esse referenti. Deum me
inquit miserum q̄ nevno quidez ad-
huc sum positus. et eidez alexandro
refert quintus curtijs. li. vi. scythos
dixisse. Si oij habitum corporis tui

auditis animo parem esse voluis-
sent orbis tenō caperet. Altera mas-
nu orientem: altera occidentem con-
tingeres. Deinde si humanuz genus
omne superaueris cum feris vestijs
q̄ gesturus es bellum. vide ne cum
ad cacumen peruenire contendis cū
ipsis ramis quas cōprehenderis des-
cidas. Leo aliquando minuaruz
auīuz pabuluz fuit. At tu qui te glo-
riaris ad latrones persequendos ves-
nire: omnīuz gentīuz quas adiisti la-
tro es. Si deus es tribuere mortali-
bus beneficia debes non sua eripere
sin autē homo es: id quod es semper
esse te cogita. Ex his ergo princeps
omnis documentuz accipiat et sup-
biaz si quā gerat deserat: q̄ teste gal-
tero in lib. alexandreidos q̄ frivola
gloria mundi q̄ reruz fugitiuus ho-
nor q̄ nomen inane. et plautus. Qui
preesse cupit pdesse recusat magnus
in exemplo est cui non suffecit orbis
excisso de fossa marmore petra: quin
q̄ peduz fabricata domus: qua nobī
le corpus exigua requieuit humo. et
loquit de alexandro que omnia con-
cludunt superbie fastuz vitari debere.
Nota exempla sacre scripture de
lucifero de adā de agar de nēbroth
d pharaō de amāde abimelech d bal-
thazar nabuchodonosor z nichanor
absalon de dauid de herode. Nota
etiam de scaro. Quare enim ille scas-
rus q̄ filius fuit dedali submersus fu-
it: nisi q̄ ppter supbiā suāz voluit nō
in alio volare z precepta nō tenere
patris sui dedali. Quid aliud q̄ sup-
bia fecit cadere phetontē: nisi q̄ volu-
it currū patris sui phebi regere cōtra
hij

consilium ipsius patris. ideo cecidit turpissime.

¶ Capitu. v. de vana gloria minime affertanda.



Manis gloria ideo sic vocata est: quia inutilis est et vana. Et sicut stulti hi merito arbitrantur qui vmbulis se putant diuites fieri: sic stulti videntur hi quorum desiderium et sollicitudo vanitas est. De quibus honorati libro sermonum. Gaudet pre nomine molles auricule. Et aulanus. Hic quicumque noua sublatu laude tu mescit: dat merito penas dum meliora cupit. et marcialis cocus. Cum voco te dominum noli tibi carpere fastum. Sepe etiam seruus sic resaluto meus. Nam plurimi in solis vocibus gloriantur: et ex honore vano in seipsis tument: proprioque ore laudibus se extollunt quos redarguit catho dices. Nec te collaudes nec te culpaueris ipse. Hoc faciunt stulti quos gloriare inanis. Quid dicemus? tamen: quia singuli ex operibus gloriare expectant. unde narrat valerius li. ix. ca. xij. quod cum sophocles ultime iam senectutis cum in certamine tragediarum dixisset. anticipi sententiarum eventu diu sollicitus. aliquando tamen una sententia victor causarum mortis gaudium habuit. et plinius in epistola ad aulanum. Necesse est ut laudis sue spacioz cur su et peregrinatione quisque letetur. Eandem sententiam tangit tullius in Tusculanis questionibus li. j. Bonos inquit alit artes: omnesque incenduntur ad studia gloria. Quibus omnibus attentis quibusdam apparet ex operibus

posse gloriare capere congrue. Hinc autem dubitationi respondendum sic apparet. Nam si benefeceris nimis si te benefecisse leteris non vana gloria immo utilis est: sed obest si de tuo suscipias opere gloriam quam deo non referas de qua deo gratias humiliter non rependas. talis enim gloria non tul est nisi quia dei est. Si enim ex bono opere sic leteris quod tamen deo resgratieris: tua tunc leticia non est inanis: quia bono limitatur fine: sed illa gloria vana est: et inanis quam in te recte accipis: quam mediante proximum despicias inflarisque et lactantibus tumentis. Absit hec in iusta gloria hypocritarum quorum opera ficta: quorum etiam merces vanitas est. De quibus tullius li. j. de officiis. Totus inquit insustitit nulla capitalior quam eorum qui quod agant simulant: ut boni fieri videantur. et ideoz tullius li. ij. Omnia ficta celeriter tanquam flosculi decidunt nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. et li. liij. Omnes inquit aliud agentes et aliud simulant: perfidi sunt improbi et malicioosi. Nullum eorum factum utile esse potest cum tot sit vitis inquinatum. nam teste eodem tullio li. de amicitia. Omnium rerum simulatio vitiosa est. tollit enim iudicium veri. nec tamen reprobandi sunt qui peccata sunt tegunt: ne peccandi occasionem alijs prebeant. sic enim agere hypocrisis non est. Sed vana est eorum gloria qui non ob aliud bonum se ostendunt: nisi ut glorientur ut laudes habeant: ut promoueantur ac dominantur. Itaque hi mali non sunt eo quod malam mentem eorum tegunt: sed quia bonum simulant quod non intendunt: homines

numq; iudicia sub spe glorie subuer-
tunt. Si enim vulpis similes ap-
parent atq; lupis. unde persius saty-
ra quinta. Es modicus voti presso-
lare dulcius amicis. Jam nunc astri-
gis iam nunc granaria laxas. Hec me-
am sunt teneo cum vere dixeris. Li-
berq; ac sapiens pretoribus ac ioue-
derro. Sin tu cum fueris nostro pau-
lo ante farine pelliculam veterem re-
tines et fronte politus. Asturam va-
pido seruas sub pectore vulpe. Que
dederas supra repetito funemq; redu-
co. et prudentius. Latitat lupus ore
cruento lacte olaz mentitus oue sub
vellere molli. unde horatius in poe-
tria. Si carmina codes nunq; te fal-
lant animi sub vulpe lactantes culus
modi sunt hypocrite Ipse enim se ostē-
dant vt deo famulari credant demo-
nistrq; sunt filij sed lucem gerere vidē-
tur. Si enim opa ipsorum vera existe-
rent mercedē vanitatis ex operibus
nō expectarēt. unde plinius ad caru-
liū Magnitudo animi nichil ad ostē-
tationez sed oia ad psciam refert re-
cte facti nō ex populi sermōe merce-
dem sed ex facto petit. Nā sicut opa
sunt sic premia cōformia querunt. in
quorum psona boetius loquēs scri-
do de p̄solatione. Nos inquit nisi ad
populares aures inanesq; rumores
recte facere nescimus et relictis con-
sciētia virtutisq; prestātia de alienis
sermunculis laudē capramus. Ho-
rum etenim vita fictio est. et mores sūt
imagines absq; vita. mox ideo delen-
tur et decidunt. q; teste seneca de cle-
mentia li. i. Nemo potest diu perso-
nam ferre fictam. cito enim in natu-
ram suam recidunt quibus veritas nō

iubest. qui autē ex solido nascunt tpe
in melius proficiunt. Mempe vani et
hypocrite sic cognoscunt. raro enim
pseuerant: et viuendi maneriem mu-
tant. laudes amant iactantiasq; faci-
liter pducunt adulari gloriā a quo
libet reuereri expectant quicquid a-
gunt arbitrantur bonuz: de alijs pra-
ue iudicant corrigi nolunt. corrigē-
di vero occasione querunt que autē
faciunt aut facturi sunt sibi p̄cipi do-
lent. Arbitratur enim propito sensu se
regere posse. in alijs enim obedientiā
petunt: viuendiq; normam non has-
bent vnicam et in agēdis semper ex-
tremis in omnib; singulariter stu-
dēt et quod facere solliciti sūt mltos
si facere videant mori viedū nouum
modum excogitant: gestibusq; et si-
gnis plurib; ceremonijs se ostentāt.
faciliterq; incuruant et humilitatem
quā minime habent fingunt dum lo-
quuntur: ab oibus audiri cupiūt: sed
nemini sermonez benigne audiunt
inulte saluant nisi signis vel nutu vt
meditationi vel orationi vacare arbi-
trantur. ad iracundiā facile mouētur
et turbati cum fuerint mordenter irri-
tant: sueq; supbie veneno tumescit.
studioseq; mendicant quod malum
est de alijs lz cooperte dicere possint
quod in seipsis habere nō credantur
vt exinde gliam accipiant. nō libēter
laudent nec laudentes auscultāt. fre-
quenter murmurant et sub nebula de-
trahere non cessant. si vero sui status
plurimos videant hos palam sequi-
tur: vt ex eorum cōsortio famaz ven-
dicent. recusant tamē parere quem q̄
eis fore: sed maiores eis hypochri-
tas sectantur: vt laudis participes fia-

sunt minores cupiunt sequaces ut eo
rum doctores videant. cum paribus
vero voce vel mente contendunt. His
enim signis hypocrite cognoscuntur
et in consimilibus premiantur eorum
enim opera atque premia vana sunt.
Rursus eorum tanta est temeritas.
ut omnia presumant. nichilque diffici-
le arbitrantur eis: intolerabilesque pe-
nitentias inchoant sed tandem sati-
gatur. et de corporis debilitate se ex-
cusant. sub tali enim preterito balneis
dum placet utuntur. quod dum volunt in-
firmant. eo enim pacto fingunt vir-
tutes non habitas pariter infirmitatem
fingere sciunt. Et cum infirmitas spes
acceperint plus quibuscumque alijs vo-
lunt plagi nec potest eis sufficienter
serviri. Puritus enim atque linimenta
lectum molle linthea odorifera et que
uis oblectamenta carnis sub nube fi-
cte infirmitatis postulant. Rursus cum
hypocrisis diutissime vacaverint si ex
inde honores non participat si opes
non obtineant si secularibus vacantes
desiderijs videantur ipsis preferri si
conspiciant suum deprimi statum et
odio a cunctis haberi: tunc mores
habitos deferunt et secularibus se con-
formant postremoque ceteri dissolutio-
res fiunt. Et solum hoc plangunt quod
se voluptatibus non dederunt tempo-
re quo hypocrisis servierunt. Horum
igitur inutilis labor solertia frivola
fructu non capiunt ex operibus suis
vane glorie deditos seducit laus ab
adulatoribus oblata que quantum in eis
est eos interficiunt quos suis laudi-
bus inficiunt. Nam teste ouri. li. xliij.
methamor. Et obest sua gloria mul-
tis. Ideo matheus in tobia. Non cre-

de titulis fame te consule credeque me-
ti. et mar. cocus. Hunc volo laudari
qui sine morte potest Absit tamen ut eos
laudari prohibeas in quibus virtus
est. quia teste ouri. li. de potio. Excitat
auditor studium laudatque virtus cre-
scit. et immensum gloria calcar habet
et idem ouri. liij. de tristibus. Non par-
uas animo. denique dat gloria vires.
et facunda facit pectora laudis amor.
Absit ergo ut hos virtuosos dicam
laudari non debere. periculum est in-
quoscunque laudare. nescis enim qui
virtuosus sit. credis enim virtutem auge-
re laudibus: et virtuosum forsan suis
spoliabilis virtutibus. Sint ergo par-
te laudes tue nisi eum agnoscas vir-
tuosum quem laudaveris quo cogni-
to laudare non desistas temporibus oportu-
natis ut sibi virtus accrescat. dicente
sene. de. iij. virtu. Lauda parce virtus
pera perius. Queso tamen ut quorundam
laudes commemoremus. plures enim
alios laudant: quod principibus placent
sed hec laus modica est dicente ora-
tio in eplis. Principibus placuisse vir-
tis non ultima laus est. Alij vero bo-
nos laudant non in eo quod boni sunt. sed
vitiis eorum qui ex fama boni sunt com-
mendant. hec enim laus stulta est. unde
varro in sententijs. Qui in magnis ex-
cellit et mutus laudatur. Plaudimus
enim temporibus istis quosdam ex fa-
ma bonos quibus turpia. quin immo
turpissima contigerunt: sed omnia per-
sunt in laudem eis nescit enim vulgus
a fama recedere solita. Bonos igitur
laudamus in eo quod boni sunt. de pec-
catis vero taceamus. unde cassiodo-
rus epistola. iij. Debemus inquit om-
nibus bene gerentibus impedire laus

des non quidem falsas sed veras. qz teste sidonio in suo epistolari li. ij. Si cur vera laus hortatur ita falsa corrumpit. et valerius li. iij. ca. ij. Publica regione consecrata virtus nulla privata laudatione indiget. z plinius in epistola ad cornellum tyrannum. Hoc ipsum amantis est amatum non honorare laudibus. verum tamen virtus laudanda est. unde idem plinius in eadem epistola prauum ac malignum est non admirari hominem admiratione dignissimum. Ex quibus omnibus colligitur quicquid laudibus virtutes non egeant. virtuosos tamen laudare discrete et parce congruit. dum modo laus virtuti non credat obesse sed salutis prodesse. Redarguendi sunt igitur z qui pre inuidia laudare recusant: et qui more adulatorum falsis sermonibus applaudunt. unde eunodius. Laudatio inquit tantum glorie tollit quantum falsitatis immiscet. et terentius in adelphis. Coram inquit alio laudare verecundia est ne adulationis causa facere videatur. In hoc tamen positus est mundus quod omnes etiam mendaciter laudari cupiunt. et qui non laudant aduersarij putantur vix tamen circumspectus potius laudibus egere quam abundare cupere debet. Nescis enim quanta demonis astutia. de laudibus enim tibi propinatis mucronem sue tempra tionis efficit. Absit igitur ut laudes appetas si tamen acceperis ipsas deo referas. unde seneca ad lucillum epistola lxxij. Quid inquit letaris ab omnibus laudari. Reuera minime prodest nisi forsitan stabilis existeris: virtusque laudibus crescat quod raro contingere videtur. Queso enim si lauderis ut re-

ipsum cognoscas: nec alijs de te respondere plus quam tibi credas. dicere. Carbone. Cum te aliquis laudat iudex tuus esse memento. Plus alijs de te quam tibi credere noli. z horatius in epistolis epistola. ij. Quid de quoque viro z cui dicas sepe videto. Per contrarium fugito nam garrulus idem est. Nec reuerent patule commissa fideliter aures. Et semel emissum vola irrevocabile verbum. et subdit. Qualem commendes etiam: atque etiam aspice ne mori incutiant aliena tibi peccata pudorem. Utinam ergo laudes quas audis cadere non faciant. Si enim ministrantur ut virtutes tibi accrescant heu qualis conuersio si tibi noceant. Attende quod tibi non nocebunt si teipsum cognoueris. ideo enim laudibus alij qui decipiuntur: qui sunt immemores fiunt: et laudum preconia se cognoscere pretermittunt. Unde galterus in alexandro libro. vij. Dum sequitur per fugi bona momentanea mundi alliciat illecebris animam caro. nec finit esse principij memorem vel cuius imaginis instar facta sit: aut quorsum resoluta carne reuerit debeat: inde boni subit ignorantia veri. Bona enim mundi laudes quandoque arbitrantur: quibus occurrentibus sepe homo non reminiscitur sue facture et se ipsum ex toto ignorat. Quicquid tamen audieris veritatem proferas a animo tuo: quia teste lactantio libro de falsa religione. Nulli suauior anime cibis quam cognitio veritatis. Veritatem autem illi odio habent qui verbis laudantium magis intendunt quam proprie facture quas in seipsis nouere. Veruntamen qui seipsum non no-

ut facilliter errat verbo seducitur resurgereq; nescit. In quorum persona loquens seneca epistola quinta. **L**eci inquit ducem querunt. nos autem sine duce erramus. et ideo ad sanitatem difficulter peruenimus: quia nos egrotare nescimus. Illi enim egrotari se nesciunt qui sue mentis delicta non nouerunt. Nil melius tamen quam seipsum cognoscere. Nam cognitio sui te superbiam vitare discet. et laudibus non decipi prestabit. nec parum donum est seipsum cognoscere. De celis enim processisse legitur. unde. **M**acrobius libro primo. de somnio scipionis. De celo inquit descendit gnotyselthos id est scito teipsum. Unde fertur quod cuidam querenti quod itinere ad beatitudinem perueniret. vox delphici oraculi respondit. Si te inquit agnoueris beatus eris. unde in fronte templi hec sententia scripta fuit homini bona est cognitio sui. His autem omnibus attentis. nec laudes nec opes nec fama superbiam in te generabit si teipsum cognoueris. Conspicies enim ex vili materia te pro genitum. mestrus enim te nutritum in utero turpitudinibus videbis tuam infantiam maculatam fuisse. Iuuentutis quoque tue tempora fuere plurimis exposita periculis senectus te prosequitur et mors petit occasum. peccatisque forsan inuolutus es nulla est tua prosperitas securus. ecce quanta humilitatis incitamenta. ergo te cognosce superbiam vitare si velis. Sed diceret nunc quid laudibus auditis desistere poteris a fastu. nunc quid ex eis gloriam vanam tibi confurget. Nequaquam enim si te bene conspexeris. unde ma-

clatis cocus. Ardua res hec est opibus non trahere mores. quia scilicet propter diuitias cor exaltari non debet. unde galterus in alexan. li. viij. **Q**uid tibi diuitijs opus est que semper auaro. esurientem pariunt quanto tibi plura parasti tanto plura petis et habendis acius ardes. sicque fama rursus defecta copia nutrit. Prudens ergo in pecunijs non gloriatur. nec ex laudibus tumorem accipiat sese cognoscere discat. unde tullius in oratione sua pro milone esse volo ut qualis es te cognoscas. talemque qualem te homines existiment. Quid enim prodest laudibus vanis extolli. nam teste eodem tul. in tusculanis questionibus li. iij. Qui summa in vanitate versatur uellam effigiem eminentem virtutibus sed umbram imaginis glorie sectatur: quasi diceret quod vir vanitatibus superbie deditus more imaginis debilis est. unde valerius maximus narrat socratem dixisse: Cōsciam inquit plusquam fama attende. per famam enim falli poteris: per cōsciam nunquam. unde seneca epistola. xxvi. **R**emoue existimationem hominum dubia semper est. et in partem vtramque diuiditur tanquam diceret de laudibus parum fore curandum. unde narrat valerius li. viij. ca. ij. quod aristoteles de semetipso in neutram partem loqui debere predicabat quoniam laudare se vanum: vituperare stultum esset. unde simachus in suo epistolari. Omnis ostentatio non caret suspitione mendacis: quia quicquid assumit propius non putatur. et quintilianus de oratoria institui. li. iij. **C**lerecundius dicere est sua quam aliena laudare. et ovidius siue

titulo. Quis furor est que nocte latent in luce fateri. Et que clam factas facta referre palam. unde catho. Ne sis ventosus dum vis bonus esse videri. Nempe qui se laudat se superbus et vitiosus esse demonstrat. unde quintilianus li. viij. de oratoria institutione. Vtiosa res est tactantia pariterque fastidium et plurimum odium. et subdit. Qui enim supra modum se extulerit alios despiciere credit. Ob hoc prudentius li. de conflictu virtutum et virtutum. Desine grande loqui. frangit deus omne superbū: magna cadunt: inflata crepant: tumefacta permuntur: scandunt celsa humiles: traduntur ad ima feroces. Et gaufredus in poetria noua. Vincit opus verbū minuit tactantia famam.

¶ Capitulum sextus de habenda patientia.

Patientia vincit malitiam. vir quoque patiens superat emulos: nec eam prebere vindicta potest victoria; quam patientia donat. Ipsa ei mala tolerare facit benigne. itaque patiens nouit fere impassibilis est. ei que nemo nocere potest eo quod nocivum nil sibi apparet. unde lactantius li. de vera iusticia. Patientia est inquit malorum que aut afferunt aut accidunt cum equanimitate tolerantia. unde plato. Torus inquit philosophie robur est patientia. et tullius in rhetorica prima. Patientia est honestatis siue utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria vel diuturna propeffio. Hanc siquidem patientiam habent sapientes: ut ex pro uer sapientum colligitur. Sapientes

enim dolores merito ferre debent: quia doloribus castigat corpus et anime subicitur. dicente seneca epistola. lxxviij. ad lucillum. In remedio cedant honesta solatia: quicquid animi creperit etiam corpori prodest scilicet ad correctionem. et subdit. Noli mala tua tibi facere grauiora et te querelis onerare. Nam levis est dolor si nichil illi opinio adiecerit. et idem seneca epistola. vi. ad paulum. Feramus equo animo utamur foro quod fors concessit donec felicitas finem malis imponat. Nam apud athenienses solon patiensissimus fuisse legitur: ut tangit vale. tussimus fuisse legitur: ut tangit vale. li. viij. Et terculianus in apologetico Epicurus inquit omnes cruciatus doloremque damnat. Reuera noui plurimos esse impatientes potius opinione propria quam ueritate extrinseca: quia teste quintiliano ca. vi. Subit libens pietas penam. et idem quintilianus ca. x. Nulla pena est nisi inuito nullum habemus nisi ab impatientia dolorem et ut aliquid crudele sit metus facit. Veruntamen multis suis simulationibus viros etiam virtuosos ad impatientiam redigunt. dicente seneca libro. j. de clementia. Temeritas hominum et contumacia sepe a tranquillissimis peccatoribus patientiam extorsit. Quotumque in hac uita mortali in qua per certamine constituti sumus pati discamus. Dolent enim milites fame siti ipsis etiam non recusantibus uexari. Milites ergo christiani ea libenter ferant que aduersa fortuna pro certamine ministrat nocumenta. Tunc enim fortuna victa est virum patientem si inuenit: quoniam teste prudentio li.

De conflictu virtutum et virtutibus. ecce
modesta grauis stabat patientia vul-
tu per medias immota acies vario-
q; tumultus spectabat fixis oculis
lata manebat. Unde quæta manet pa-
tientia fortis ad omnes omnibus vna
quies virtutibus associatur. nam vidua
et virtus quæ non patientia firmat.
vnde teste lucano l. iij. Gaudet pati-
entia duris. et oul. l. ij. de arte amato-
ria. Cede repugnanti cedendo victor
abibis. et idem oul. di. lib. ij. de remedio
amoris. Posse pati facile est tibi im-
patientia desit. Flumine perpetuo tor-
rens solet altius ire Sed in hec bre-
uis est illa perhennis aqua. que ver-
ba nil aliud sonant: nisi q; sicut aqua
torrentis quadoq; intrat flumen qd
est altius eiusq; aqua; perpetuat: sic
patientia omnia vincit. et vir patiens
fortiores se superat. Ideo marcialis co-
cus. Qui sua meretur pondera ferre
potest. et seneca ad lucillum epistola.
vij. Bonus quicquid accidit ei equo
animo sustinebit. sciet enim ita acci-
disse lege diuina qua vniversa proce-
dunt. Nec siquidem ratio magnam pa-
tientiam suadet Nam si consideres a
deo singula fieri cui nullavis resiste-
re potest: cur molestum tibi est ea su-
stinere que deo placent. dicente sene.
epistola. lxxiiij. ad lucil. Placent ho-
mini quicquid deo placet. et idem sene.
in hercule furere. Nullo premere one-
re patienter qui tulit. nam virtus est
domare. et subdit q; durum fuit pati
meminisse dulce est. vnde valerius li.
lij. Non parua gloria cõtemptu do-
loris acquiritur: q; titulus sapientie
datur. teren. in hecbyra. Ex quo tibi
fuerunt commoda equus est te ferre

incommoda. vnde macrobius u. sa-
turnalium. Qui suos dolores anxie-
tatesq; dissimulant patientie benefi-
cio ad maximas voluptates perueni-
unt. et ibidem refert quomodo admi-
randa fuit patientia augusti. Innu-
merabiles enim iniurias tulit liben-
ter. Ut autem patientiam quis obtineat
cõsidera an mali aliquid gesserit
si culpabile se reperiat penas occur-
rentes suo crimini imponat quas tunc
libenter ferat ex quo propria facta il-
las metuerit. dicente catho. Quod
merito pateris patienter ferre memē-
to. Cuius reus tibi sis ipsum te iudi-
ce damna. vnde valerius lib. iij. Refe-
ret q; cum siracusanus dion a dionis-
sio tyranno patria pulsus esset: me-
garam petierat: vbi cum theodoruz
principem eius vrbis domi conueni-
re vellet neq; admitteretur: multum
diuq; ante fores retentus comiti suo
patienter hoc ferendum est ait. For-
sitane enim et nos cum in gradu digni-
tatis nostre essemus aliquid tale fe-
cimus. qua tranquillitate consilij spe-
sibi conditionem exilij placidiorē
reddidit. et idem ouidius li. ij. sine ti-
tulo. Equo animo penam quam me-
ruere ferunt. Attendamus enim ves-
re patientie commoditates. nam pa-
tientia excitat animuz: et corpus la-
boribus exercitat. vnde galterus in
alexa. libro. iij. Excitat interdum vi-
res dolor et patientis sepe reatum:
vis illata leuat. m. nuntq; coactio cul-
paz. omnia descendunt a summo cul-
mine rerum. Que verba designant
duas patientie commoditates. dat
enim patientia exercitiū et cõtra cul-
pam remediū. vnde idem galterus

lib. vi. Asperior sanat grauioribus po-
 tio morbos. et mathens in libro de
 rhobia. Romie passa dei redolet pa-
 tientia parcit: passio delectat lesio pe-
 na sapit. Reuera patiētia merita au-
 get deuotionis confert clementia et
 in aduersitatibus crescit. vnde arator
 libro. ij. Mitissima sors est penarum
 quas vota gerunt. regniq; facultas
 perpetuo pro rege pati. mansuraq;
 virtus crescit in aduersis. Et si enim
 quis pro nomine dei penam sufferat
 hanc libenter sufferat. quia pro illo cer-
 rat qui superabundanter omnibus re-
 bus recompensat. Rursus conside-
 remus egros p sanitate plurima fla-
 gella pati que licet sint aspera. liben-
 ter tamen ferunt sub spe future santi-
 tatis. Nunquid igitur pro salute mē-
 tis penas sic occurrāt libenti animo
 ferre congruit. vnde ovidius libro. i.
 de remedijs. Sepe tibi succos quibus
 inuitus amarus eger et oranti men-
 sa negata michi. vt corpus redimas
 ferrum patieris et ignes. arida nec si-
 tiens ora lauabis aqua: quia scilicet
 pene sunt tolerāde pro corporis me-
 dela. Ceterum tamen pro corpore ho-
 mines multa ferunt: sed pro mente
 rara eo qd corporis molestiam senti-
 unt. anime vero calumniarum multi ebe-
 rati non conspiciunt. Ceteres tamē
 plurimi penas fere innumerabiles.
 tolerasse feruntur. Ipso dicente ou-
 dio libro de tristibus. Tot mala sum
 passus quot in ethere sydera lucent.
 paruaq; quot siccus corpora puluis
 habet. et eodem libro. Fert sapiens
 animus casus patiēter amarus. Fre-
 na nec indomiti more recusat equi.
 quia scilicet sapientes ferunt libenter
 que toleranda sunt. Animaduertant
 igitur mundi amatores quanta dul-
 cedine vitam deducunt sepius sceles-
 ratam: cuius mollities asperitatem
 gignit penarum succedentium pro
 delicijs in quibus delectantur. Eox
 tamen arbor spinosa est: sed rosas cō-
 spiciunt dulces: et arboris spinas nō
 attēdunt. quia extrinseca delectamē-
 ta degustant: et delicta intrinseca nō
 increpant. hi simulantur arbori spi-
 nose producēti rosas. dicente ouidio
 li. i. de pōto. Sepe creat molles aspe-
 ra spina rosas Iupiter in multos te-
 meraria flumina torquet. qui penam
 culpa non meruere pati. Perampli-
 us igitur illi penam ferre patiēter de-
 bent qui proprijs delictis eam meru-
 erunt. quātmō letari debent qui des-
 liquerunt si penis in hac mortali vi-
 ta afficiantur quamq; enim cum pec-
 catoribus dissimulet deus: nil tamē
 inultum manebit: sed pena grauior
 multo patebit post obitū. vnde pro-
 sper lib. eptigram. Multa diu summa
 differt patientia regis: suspendens
 equi pondera iudicij. z subdit. Et cu-
 rat medicus vulnera vulneribus. Ad-
 ventaz tendunt iusti pfa verba regis
 Ira breuis rectis gaudia longa da-
 bit. qd scilicet post vitam presentem
 deus sceleratos puniet z iustos pre-
 miabit. Illos per penam istos p glo-
 riam eternam. Absit igitur vt quis in-
 patiens fiat ex vite presentis modis
 co verberare: sed potius medicorū cō-
 silio adiuvetur. Consuluit enim mē-
 bra lāgulda truncare: vt residua cor-
 poris ps valida maneat. huius etiaz
 vite solaria post ponamus: carnisq;
 macerationē nō recusemus: vt salus

futura prestat nobis. unde claudia-
nus. Truncet et artus ut liceat reli-
quis secure vivere membris. et in p-
uerbio sapientum dicitur. Feras quod
ledit ut quod prodest feras. quia teste
quidam li. i. sine titulo. Leue fit quod
bene fertur. Recolo etenim impatiē-
tes plurimos viros vidisse. quibus oia
nocebant. alios autem prosperi patientes quibus
oia prospera videbantur. Nam quod
to quis minus nouit pati: tanto seui-
us et frequentius affligitur. Quan-
ta enim pena eis adest qui de omni-
bus vindictam querunt: verbi quoque im-
portunis contra singulos contendunt
Et si superandis spes affuerit nunquam in-
dulgent vel parcunt. Utinam atten-
derent illud cathonis. Quem super-
rare potes: interdum vince ferendo.
Maxima etenim morum est patien-
tia virtus. Luz recte viuas ne cures
verba malorum. Arbitrii nostri non
est quod quisque loquatur. Dices forsitan
pati molestum fore tibi eo quod pacem
cum omnibus queris: sed hominum
impietas te anxiat. ut etiam attendas
illud prosperi in li. epigram. Impia
pars mundi pati est infesta piorum.
et subdit. Pulsant exterius diuersis
motibus hostes. Intus ciuille est. et
sociale malum: quasi diceret quod anxie-
tas a malis de foris impulsu viro non
nocet si eius mens abintus sana quie-
taque esset. Sed fortassis supbia men-
tem occupat. ob hoc leuis infestatio-
nem concitat: beneficiorum quoque colla-
ta possessio rigidiores sepe animos
facit. Itaque gratia desursum collata
fomentum frequenter impatientie mi-
nistrat. Ob hoc magister seculo sic ait.
De gratia vitam noli corrumpere vi-

ta. Ne vite merita demerearis ita.
Deu unde hoc accidit quod munera dei
patientie contrariantur. non quidem hoc
est ex se sed ipsa qui habent impatiē-
tes eorum occasione fiunt: quod est
quod nullus verba tolerare potest. sed ex
modica iniuria quisque mouetur. At-
tendamus enim verba vento compara-
ri: et tunc minime nocent. quando
de ipsis nulla cura prebetur: aut qua-
do obliuioni traduntur. Turpe est
enim illius reminisci quo affligaris.
unde in prouer. sapientum dicitur. In-
iuriarum remedium est obliuio. Mi-
serissima est enim fortuna que inimico
caret. Si enim nullos inimicos tibi
faciat iniuria. multos tamen facit in-
uidia. Unde viri boni est patinescere
quod facere iniuriam. Nam iniuria est
infamia eius qui facit. Ideo testem
ratione in suis sententiis. Condemnan-
di sunt in eruditorum contemptus. et
salustius in iugurthino. Bono more
sanctius est vinci quam malo iniuriam vi-
cere. unde seneca ad lucillum episto-
la. lxxvi. Equo animo audienda sunt
imperatorum conuicia et ad honesta
vadenti contemnendus est ipse con-
temptus. Quid enim tibi cura est si ab
imperatoris contemnaris cum ab eis lau-
dari non est honor. Eorum igitur irri-
tationes tanquam frivolas asperne et be-
gnine patere. Si enim aduertamus
veterum tolerantiam exemplo dota-
bimur eorum singulaque pati discemus
unde cassianus in li. collationum re-
fert quod socrates iniurianti nocere no-
luit quando eum quidam corrupto-
rem puerorum vocasset. tunc discipu-
li eius irruere volebant in eum: sed so-
crates ait. Consodales quiescite cor-

ruptor enim sum si me contineo. De ipso etiam socrate refert hieronymus contra iovinianum libro primo. quod patientissimus fuit. Nam uxores duas cum haberet ipsas sepius irridebat. eo quod propter ipsum disceptarent. Cur inquit pro me disceptatis. nam fedissimus homo sum naribus sumus. fronte recaluatus facie pilosus. Nouissimē tamen prefate uxores impetum mutuū verterunt in eum aqua quod fedissima eū deturpauerunt qui nichil respondit nisi sciebam inquit futurū ut ista tonitrua hyem̄ber sequeretur. Ipse etiam socrates teste seneca ad lucillum. Dixisse fertur quod nichil patitur qui secum patientiā habet. quod dicitur quod vir patiens patiēdo non patitur. quia ex pena non molestat. itaque impatiens maxime patitur: quia maxime angustiat. Si autem patientiam haberet que virtus est. tunc patiēdo non pateretur. Capitulum vii. de ira vitanda.



Ira perturbat animi sensum non permittit discernere verum. et illius plus affligit cui inberet quam eum contra quem ipsa mouet. nam semper inest angustia iratis. Tibi igitur parcas alijs si non parcis unde de ira loquens tullius in sua oratione pro Marcello. Iracundia inquit consilio est inimica et victoria insolens atque supba. unde epicurus. Ira immoderata insaniam gignit. et eunodius. Ira iuste suum plusquam alios lacescit auctorem. Unde tullius in tusculanis questionibus. lib. iii. Ira inquit est libido puniendi eum qui tulisse videtur iniuriam. sed patientia ut preferunt habenda est.

Ira igitur compescenda creditur. unde de horatius in epistolis epistola. iij. Ira furor brevis est animus rege qui nisi paret imperat hunc frenis hunc tu compesce cathenis: quoniam teste cathone. Ira odium generat concordia nutrit amorem. Impedit ira animum ne possit cernere verum. Eandem tangit sententiam prudentinus lib. de conflictu victorum. et virgilius lib. iij. eneidos. Furor inquit mentem totam precipitat. et lucanus lib. iij. Inuenit arma furor. unde onidius lib. de arte. Ora tument ira nigrescunt sanguine vene. Quilibet extinctos iniuria suscitāt ignes. et libro methamorphoseos. Sepe suum feruens oculis fert ira furorem. et idem onidius lib. de ponto. Quem non obrueret tacti quoque cesaris ira. Addita sunt penes aspera verba meis. Que omnia nil aliud designant nisi quod ira maxime affligit irascios. Sicut igitur stulti putantur qui seipso affligunt: sic et magna insipientia est eorum qui facilliter irascuntur. Nam ira gravissimus dolor est: et quanto vir probior tanto grauior. unde in proverbia sapientum dicitur quod bonus animus lesus multo grauius irascitur. Nam probi hominis iracundia gravissima est. Si ergo probus es tanto magis irasci timeas. Eodem enim pacto quo te affliges sensus confundes: et cum hoc peccabis itaque salutis viam postergabis. Discas igitur discas benigne pati ut tuus in pace quiescat animus. unde galterus alexan. libro primo. Bladichis indignus erit molliorque potiri fortune qui dura pati vel amara recusat: quasi dicat quod non est dignus bonis potiri qui ad-

uerfa ferre non valet. Si enī prudēs cogitaret bona que ex patientia sibi affutura sunt fortassis bñ vitaret tras. Sed teste quintiliano. causa quinta. Humane infirmitatis ista natura est vt ex omnibus actionibus grauissimum putet quisqz quod patitur. Tuleruntamen teste eodē quintiliano causa xij. Nulla pena est nisi inuito nulloz habemus nisi ab impatientia dolorem. et vt aliquid crudele sit metus facit. vnde iulius celsus libro primo. Animi est illa mollices non virtus. paulisper ferre non posse. Facilius enim reperiuntur qui se vltro morti offerant q̃ qui diu dolorem facilius ferant: quia teste salustio in catilinario. Nulli mortaliū iniurie sue par ne videntur. Utinam tamen hec recederet conditio a nobis. vtinam iram refrenaremus qua corp⁹ extirpam⁹. animuz debilitamus. sensum eneruamus: omnisqz bonis speciem ira destruilimus. Queso dic mihi si sapiēs es cur irasceris. esto etia q̃ prauē voluntatis extiteris iniuriam si accepti. si et patientia tibi pro chasti nomine astiterit tunc ira cessabit. Et si tua virtus tanta non fuerit: et te vindicare queras: aut hoc potes: aut nō. si potes cur irasceris ex quo emēdare potes: si non potes cur irasceris. Non enim q̃ ira tua te non vindicat soluz ex ea hoc importabis q̃ fatigaberis tu ipse. et exinde letabitur inimicus tuus iuxta illud psalmiste. Exultabunt inimici mei: si motus fuero Ita qz dum irasceris vniuersam quam in alio desideras in teipso facis. Queso igitur iterum queso vt tui miserearis. Ira effrenata quot perdidisti

viros quot prelia seminauit: quot fratres diuisit: quot necasti: te q̃ feriente quot subito et improuise decesserunt. Multos enim in stulticiaz deduxisti tuisqz stimulis plurimis exasperare fecisti z te molestante quidā suspendio alij submersione alij proprio mucrone seipos necauerunt. Omnia enim fere delicta suum actorem ad tempus delectāt aut delectare creduntur. Nam delectatur superbus in fastu: lubricus in luxu: edax in gustu: piger in requie. avarus in desiderio. Sed tu tra nichil nisi flagella confers. Mirum igitur cur te homines non fugiant ex quo nichil delectationis apparentis vel existentis in te inueniunt. Tu enim iramachinas enses gladios arma reperisti: et omnium crudelitatum genera te docente processerunt vnde tibullus. q̃ fuit horēdus prim⁹ qui prouult enses q̃ ferus et vere ferre⁹ ille fuit. sed teste ouidio primo de arte. Nec enī lex equior vlla est: q̃ necis artifices arte perire sua. Vobis igitur parcite. vobis indulgeatis: o vos trahite: quia teste galtero in alexan. viij. Non verisimile est alieno cuiqz parcere q̃ sibi non parcat. Sapiens igitur discat mitigari. suosqz sensus consulat sibi. Nemo est enim adeo ferus qui non misescere possit: inquit borat⁹. in epistolis.

¶ Ca. viij. de odio et crudelitate.



Si ipse odio hēas quē q̃ tu ipse odiosus eris munera q̃ tua deo nō placebūt. peccatorū q̃ ventia nō impetrabis q̃ misericordiam

non meretur: qz proprio misseri cō
tēit. Discas igitur eū diligere quez
precepto diligere teneris iureqz na-
ture. Nam a mīcīa bona spīritualia
atqz tēporalia congregat et mentis
vītatē cōseruat. vnde valerius li. ix.
ca. iij. Ita quoqz aut odiū in pectori-
bus humanis magnos fluctus exci-
tēt ille p cursu celerior nocendi cupi-
dine hoc pīnactus. z subdit. qz vehe-
mēs est cōtra rēpu. odiū. nichil ei est
qz bono cōmuni tm oblit. Et qz oīa
sūt odia mala: vt cōmuniter tm tāti
nequiora sunt illa que latent. Qm in
prouerbio. sapientum dicitur. Mul-
torū odia sub occulto latent z sequit
peiora sunt tecta qz aperta. In hoc
tamen positus est mundus qz sem-
perurgia erant: vt tamen iurgiosis.
Nam pūnceps odiorum est dyas-
bolus qui pro magna parte impe-
rat mundo difficulter ergo parvū
uerialis erit. vnde ouidius in ibim.
Desinet esse primus contrarius igni
bus humor: et tepidus gelido flabit
ab axe notus. z ver autumno brume
mīcebitur estas: atqz eadem regio
veper et ortus erit zc. ante qz sit ve-
ra pax mundo. Nam mundus in ma-
ligno positus est paceqz nunqz frue-
tur veraci et vili. Sed sapienti suffi-
ciat propria pace quietari: odia fugi
at: rancores euitet: et cum pace men-
tis virtutibus intendat. Nam odiū
hominem reddit crudelē et propria
a natura discedere facit. nam fertura
valerio libro. ix. ca. secūdo qz oculus
qui postea dictus est darius crude-
lissimus extitit virosqz optimos in-
terfici morte communi nō contenta
batur: sed crudellissimum mortis tor-

mentum excogitauit: sicut autē cru-
delis erat: crudelitatem postmodū
reperire meruit. nam sicut dicitur in
prouerbio sapientum. Multos ti-
mere debet quem multi timent. Ita
qz respue crudelitatem z matres cru-
delitatis iras. vnde seneca in agame-
none. Dignus est tyrannus morte q
penam expigit. et in declamationibus
libro tertio. Zelus est occidere tyrā-
num. et libro primo de clemētia. Fe-
rina enī ista rabies est sanguine gau-
dere atqz vulneribus. tale enim gau-
dium facit hominem in siluestre ani-
mal transire. vnde lactantius lib. de
vero cultu. Qui hominem qz ob
merita damnatum. in conspectu suo
iugulari pro voluptate perit consciē-
tiam polluit tanqz si homicidij quod
fit occultus spectator z princeps fi-
at. Absit igitur ab homie crudelitas
que nature proprie contradicit. vnde
de tulli^o lib. j. de offi. Magnitudo in-
quit animi remota cōditione huma-
na feritas quidem est. et idem lib. iij.
Hominum nature quaz maxime de-
bemus sequi inimica est crudelitatis
vnde valerius ca. ij. libro. ix. Crudeli-
tas horridus est habitus truculente
species violentus spiritus vox terri-
bilis. Unde ibidem refert de crudeli-
tate phalaridis tyranni qui nouum
genus cruciatus excogitauit. Nam
taurum eneam fecit in quo crucian-
dis includēbatur. sue tamen inuentio-
nis experientiaz primus merito ges-
sit: hannibale illud idem iudicante
qui hannibal tam crudelis extitit vt
in flumine gelio de corporib^o roma-
nis ponte facto exercitum transdu-
xit Sed recedat queso ab animo tuo

crudelitas quecumq; crudelis enim
si fueris male peribis.

¶ Ca. ix. de contentione et prociacitate.

Contentione enim
immodesta excitatur
iurgia. et exinde
secreta sepius reue-
lantur. Unde contē-
dere nulli sapiēti cō-
gruit neq; rei perfecte. Potius enī
experimur res quāto īperfectiores
tanto ad cōtentionē p̄p̄tiores esse.
Nā videbis inter feminas frequēt⁹
lites: inter canes latrat⁹ inter paupe-
res strepitus et in omni re contentio
eo citius oritur quo īperfectior est
mens seu status eorum qui conten-
dere sollicitantur. ideo sapiens est il-
le qui contēdentibus respondere nō
curat. dicente cathone. Rumores fu-
ge ne incipias nouus auctor haberi.
Nam nulli tacuisse nocet: nocet esse
locutum. et iuuenalis libro. iij. satyra
prima. Torrens dicēdi copia multis
et sua mortifera est facundia. nam in
multiloquio nō deest peccatū. vnde
in prouer. sapientū dicit. Turpia ne
dixeris. paulatim enim pudor p̄ver-
ba excutit: q; scz cōtentiosi de facili
inuerēcūdi efficiunt bonosq; mores
corrumpūt. iuxta illud menandri co-
mici. corrumpūt bonos mores cōfa-
bulationes pessime. Mimiruz est ta-
mē cū tacere sit facilius q̄ loqui cur-
tā difficile est pluribus cōtentiones
euitare ex quibus iurgia sequuntur.
dicente ouidio. ij. de arte. Exigua est
virtus p̄stare silentia rebus: at cōtra
grauis est culpa tacenda loqui. Nē-
pe ex locutione superflua ira incendi-
tur et frequenter tristitia gignit: atq;

plurima eloquia lete inchoātur que
tristi terminantur fine. vnde ouidius
libro de ponto. Tu modo fac time-
as et que tibi letayidentur. Dum lo-
queris fieri tristitia posse puta. Sed
p̄ch dolor humana ebetudo nūl tole-
rare potest: sed verbis et cōtentioni-
bus exterminis procacissimum iugiter
querit et quod indecentius est illi
frequenter magis contendunt quib⁹
loquendi minor facultas competit
aut nature maleficio aut fortune cas-
su. vnde simachus in epistolis. Leti-
cia inq̄t loquax res est atq; ostētatric
sui. et subdit ad p̄positum. Matura re-
rum est vt qui balbutiūt plus loquā-
tur. affectāt enīz copīā sermonis pu-
dore defectus. Rursus verboruz pro-
cacitas et turpitudine ex malayita se-
pius causat. nam qui male viuit raro
bene loqui potest. vnde tul. in inuecti-
ua contra salustiu. Necq; enī qui ita
viuit vt tu aliter ac tu loqui potest.
Nec qui tā illoto sermone utitur vti-
ta honestior est: quasi dicat prauum
eloquiū prauaz iudicare vitam facit.
mala enīz vita prauos sermones ge-
nerat. Nec autēz oīa ideo dicta sunt
vt caueat sapiens verbositate et con-
tentionem quibus lites oriunt⁹ et im-
patientia generat. Nempe contētio
veritati et cōsequenter omni discipli-
ne inimicatur. dicente seneca in pro-
uer. Mimirū altercando veritas amit-
titur. et quintilianus li. ij. de oratoria
institutione. Non est inq̄t p̄scictia sed
victoria litigantis p̄miuz. ideo stul-
ticia est cum verbosis contendere: qz
nō bene loqui sed solum vincere po-
scunt. Quēobrem idem quintil. cau-
sa. xviij. Contētiosi inquit quod p̄ba-

re nō possunt affirmationis temeritate astruunt. de quibus lactan. li. de vita beata. Qui contradicenti studio insaniunt dū sua falsa defendūt. alio rum etiā vera subuertūt. ideo carbo. Cōtra verbosios noli contēdere verbis. Sermo datur cunctis animi sapientia paucis. Vis minimis verbis interdum maxima crescit. Litis p̄terire noli maledicta referre. Sunt q̄dam que ferre decet patlētē amīcū. Sapiens igitur nō sit procar nec adlites promptus. Hāc via sapiētē veritas est cui cōtētio cōtradicit. iuxta illud ambros. j. Cōtētio est ipugnatio veritatis p̄ confidentiā clamoris. Queso enim vt qui cōtēdis quid agis attendas: aut enim obscurum est id pro quo cōtēdis. Expecta igitur quousq; id clarum fiat anteq; clamore verbum tuuz confirmes. Si vero id clarum est quod dicis cur contēdis. Hāc stultū est in meridie sole lucente candelā accensaz deferre. vñ Quintil. v. de oratoria institutōe. In rebus inquit apertis taz finitum est argumentari q̄ stultuz in clarissimo sole mortale lumen afferre. Hominum tñ hec est procacitas q̄ vbi ius nesciunt maxime clamitant et vbi veritatis clarum habent testimonium minime contētātur nū impetuosis interueniat clamor. vñ nam attende rent illud xenophontis philosophi. Ergo inquit conscientia teste didici maledicta contēdere. Reuera contētio omne malū aggrauat z si pro bono fiat. ip̄s tñ bonuz in maluz commutat. vñ seneca ep̄a j. ad lucillum. Cū fatuo inquit delectari volo. non enīz lōge michi querēdus est: me enī

ip̄s rideo. et ideo plures cōtētiōsi sunt: qz singulos reprehensibiles putāt z oēs deridendos estimant eaq; solū benedicta arbitrant̄ que p̄ferunt ip̄si. si tñ suos defectus cognoscerēt: et cōspicerēt obui gari nō cōtēderēt seu quererent. vñ de iuuenalis li. j. satyra. ij. Loupedem rectus derideat ethiops albus. Quis tulerit graecos de seditione querentes. Quis celum terris nō misceat et mare celo Si fur displiceat verri et homicida miloni. zc. quasi dicat q̄ alium deridere non h̄z qui sibi gerit vitia. Ceterū nō sufficit multis cōtētiōsis z derisoribus pacē maculare q̄nimo anathemate maledictiōibusq; plurimis alios inf. stāt. Dicūt ei quorū tanta est procacitas et nō nisi malū alijs affectāt illud oul. li. j. sine titulo. Dij dēt tibi nullosq; lares in op̄eq; senectā z lōgos hyemes p̄petuā. p̄ sūm. z illū ovidij in ibim. Terra tibi fruges annis tibi denegat vndas. Denegat afflatus ventus et aura suos. Nec tibi sol calidus nec tibi sit lucida p̄bebe. Destituāt oculos sydera: lara tuos. Nec tibi vulcan⁹ nec se tibi p̄beat aer Nec tibi det tell⁹ nec tibi pontus iter. Exul iops erres alienaq; limia lustres. exiguisq; petas ore tremante cibuz. Nec corpus querulo nec mēs vacet egra dolore. Flozq; die grauis oz sit tibi nocte dies. Sissq; miser nec sis miserabilis vlli Gaudeat aduersis femina virq; tuus. Qui mala cum tuleris plurima plura feras. Causazq; nō desit: tibi semper copia mortis optatam fugiat vita coacta necem. His etenim verbis maledictionibusq; consimilibusq; stulti litigant traz

condant et quietem mentis subvertunt: quorum contemnendus est sermo rixaq; spernenda. Iuxta illud varronis in suis sententijs Contemnedi sunt ineruditorum contemptus si vis ad summa progredi.

Capitulum dectimum de abstinentia et sobrietate.



Victus modestus honestateq; corporis sanitatem quoq; atq; mentis prosperitateq; conseruat. vnde seneca li. de quattuor vir-

tutibus. Ede citra saturitatem bibe citra ebrietatem. observa ne in conuiuiis nec in qualibet communitate q's imitaberis damnare videaris. Nec p'sentibus delictis inhereris: nec desiderabis absentes. victus tibi sit ex factis nec ad voluptatem: sed ad cibum accede palam tuus fames excitet non saporis desideria tua paruo redime: q' hoc tantum curare debes vt desiner: atq; ita quasi ad diuinu exemplar composuit a corpore ad spiritum q' tum potes abducere festina. Ideo terentius in andria actu primo et scena prima. Id arbitror appume in vita vtile esse ne quid nimis. et hie nonymus contra iouinianum. Galienus inquit doctissimus interpres hyppocratis athletas: quoru vita et ars sagina est dicit in exhortatione medicine nec vivere posse diu nec sanos esse: animasq; eoru ita nimio sanguine et adipibus inuolutas: vt nichil tenue nichil celeste curent: sed semper de carnibus et victu et ventris ingluie cogitare sollicitentur. Abstinetur a viro sapiente crapula. Nam

veteres cum parsimonia vixisse leguntur. Vnde socrates sole occidente conuiuium cogitato. Ipse enim socrates temperatissimus exstitit: et vnica refectione serotina contentabatur. Ipsius temperantiam comedit. Eu gelius libro primo. Plurimorum tamen exorbitant iudicia. Suam enim gulam pretextu vite excusant. Dicit ei vivere oportere quod verum est: sed castimargie voluptas non est via ad vitam sed dissipatio nature est. vnde boetius. ij. de consolatione. Paucis minimisq; natura contenta est: cuius satietatem si superfluis replere velis aut in iocundum aut in nocivum volueris. Itaq; nil congruentius viro iusto et prudenti q' sobrietas. dicite ouido in eplis. Est virtus placidis abstinentis se bonis: nec conqueraris si te faciat abstinentia fragilem. Nam fragilitas moderata sepius est nutrita virtutum. Iuxta illud valerij. li. ij. ca. j. Bone quoq; valitudinis quasi quedam mater est fragilitas: inimica luxuriosis epulis et aliena nimis vini abundantie: et ab immoderato veneris vitiu aversa. Ne ergo timeas per abstinentiam fragilis fieri si moderata fuerit tunc enim vitij alimenta tollis quando immoderata fercula atq; pocula rennuit. Ideo seneca li. de morib'. Abstinentia inquit est summa medicina et valerius li. ij. ca. j. Fuit inquit antiquorum illa simplicitas in cibo capiendo humanitatis simul et continentie iudex certissima. itaq; per cibi simplicitatem obtinuerunt vt eoru humanitas continentia esset. et subdit. Maximis viris prandere et cenare i propatulo non erat verecundie: quis

nec epulas habebāt quas oculis populi subicere erubescerent. Uini etiā vñs olīz romantis seminis ignotus fuit ne in aliquod dedecus prolaberentur. quia proximus a libero patre intemperantie gradus ad inconcessam venerem esse consuevit. Et. Aug. Gell. li. pmo. Parsimonia inquit apud veteres romanos et virtus atq; cenarum temeritas nō solum domestica observatione ac disciplina: sed etiam publica animaduersione legū custodita est. vnde didimus ad alexandrum. Gens inquit bragmanorum pura et simplici vita viuit: nullis rerum capitur illecebris nichil appetit amplius q̄ ratio nature flagitat. Facilis inquit nobis alimonia luxurie sagittas nō p̄quirir: sed quam telus ferro laborata nobis profert alimonia hanc nostris mensis apponimus. Et hinc est q̄ nulla generam morborum scimus: sed diuturna salute perfruisimur. Medicine enim remedium nobis parsimonia est: que nō solū illapscs potest curare dolores: sed etiam procurare non ventiat. His igitur verbis atq; exemplis clare apparet maxime vtilitatis fore sobrietatem qua corporis et mentis prosperitas roboratur qua mediante veteres sanitate atq; virtutibus floruerunt. Filios tamen sobrios aut abstinētes nō credimus quibus mos est equam bibere: panem grossum edere nist ex his cōrententur. Nam tunc vere abstinēs q̄ in parsimonia vñe nō molestaris sed delectaris. nulluz enim coacti virtus est. seneca ad lucillum. Non est inquit locunda res aqua et polenta aut frustum ordea-

cel panis: s; summa voluptas est posse capere etiam ex his voluptatem et ad id se duxisse qd̄ eripere nulla fortune iniquitas possit: tanq̄ dicat q̄ virtus abstinentie tunc summa est: quando qui abstinet et abstinēdo delectatur. ideo gausse. in poe. Qñ te reficis dapibus nō sis ita plen⁹ vt nichil apponi queat. et subdit. Non q̄tuz possis sed q̄tuz proffit. et magister seilo. Uis ne inquit conuiuari vñs delicijs saturari. Istud tibi p̄sto dictū breue sobrius esto. Nam qui sobrius nō est: sed potius edax: brutis comparat et corpe nō mente pascit. vnde ou. li. j. de arte. Certa tibi datur a nobis mēsurā bibendi officiū prestent mensq; suum. Reuera sobrietatē in se amare habet: in alijs qui querit. Petunt et omnes patres filios sobrios ac viros abstinētes. Nunquid ergo vitā tenui cōrentari debent: ex quo eā desiderant in his quos amant. Nam pyramides helenā rapuit speciosissimā sed eaz odio habuisset si autē comēdentē prospexisset: q̄ scz oēs sobrietatez in suis vxoribus petūt. vñ ou. li. j. de arte. Larpe cibos digitis est q̄dam gestus edendū. pyramides helenā autē si spectet edentē oderit et dicat stulta rapina mea est. Versuta: men vt frequenti⁹ gula imperat multis ebrietatib; plurimū intendūt: q̄b; nulla dies leuē videtur in qua nō crapulentur. Utinam attenderent illud tibulli. lib. 20 scdo. Mixtaq; sit bacho sobria lymphā modo. et lucanus. Disce q̄ paruo liceat producere vitāz et q̄tū natura petat: q̄ scz edēdū est citra saturitatē et signāter si quis eger fuit: si vit. is aliquib; dedit⁹ quātinio-

viris etiā studiosis sobria vltia cōpe-
rit. vñ eunodius. Sobrietas sp studi-
is referatur honestis. Nulla fides le-
tis integra nec dubijs amplexor sa-
nas q̄ dāt bona femina frōdes. Post
culpas anime sunt holocausta del.
¶ La. xj. de ebrietate.



Ebrietas mentē ebe-
rat: secreta reuelat:
gestus deturpat: elo-
quij scādaliat: nūc
leticiāz ineptā nunc
lites generat corpis
vires exterminat: cadere iubet: bene
agere prohibet: requiem impedit: sen-
sum alienat: obliuionem inducit: libi-
dinem mouet. nauſeam prouocat. vi-
sum minuit: membrorum tremorem
causat: et ab omni virtute hominēz
deſtituit ſi precipue continuata fue-
rit. vnde galterus in alexan. li. iij. Rō-
nis vile ſepulchruz ebrietas. ob hoc
eſt ou. de arte. Vina parant animos
faciuntq; coloribus aptos. Nunc ve-
niant riſus tūc pauper cornua ſumit
tunc dolor et cure ruga q; frontis a-
bit: qz ſcilicet ebrietas ſepius colorē
et venuſtatez extrinſecam oſtendit z
lubricitate deuia querit. et ideo ſub-
dit. Jurgia precipue vino cauſata ca-
ueto: et nimium faciles ad ſera bella
manus. ideo ideoz. ij. de remedijs. Vi-
na parant animos veneri ſi plurima
ſumas: vt ſtupeant multo corda ſe-
pulta mero. his etenim verbis patēt
damna que per ebrietatez generant.
vñ ſene. ad lucil. epiſtola. lxxij. Ni-
hil aliud eſt ebrietas q̄ volūtaria in-
ſania. omne vitium intendit et de-
git verecundiam remouet verba du-
bia oculos incertum greſſum erran-

tem vertiginē capitis et cetera huius-
modi cauſat. Plaz etij ſero oia que
tis promittūt: ſz mane obliuioni tra-
dunt. vnde marcialis cocue. Omnia
promittis cū tota nocte bibiſti. Non
faciunt quicq; pocula noſtrareti. Si
enī per ebrietatē cōmoditas reſulta-
ret ſi vini repletio corporis validitas
tem augeret: ebrietas fortassis ex-
ſattonē haberet. Ipſa iñ oia incōmo-
da infert: nulluſq; honeſtatis ſpect-
em habz. vnde ſene. de naturalibus
q̄ſtioni. Jubes me inquit cum luxu-
ria litigare. quotidianū iſtud z ſine ef-
fectu iurgium eſt: litigemus tñ. z ſub-
dit. Vbi inquit eſt ebrietas continua
ibi corpus incaleſcit: nec ebriſoſus ſis-
tim extinguit. eius enī ſitis nō natu-
ralis: ſed febrilis eſt: et cor eius luxu-
ria coquit. Et etenim q̄to plus ſati-
ari putant tanto magis pocula per-
optant. qz effrenatus eſt appetitus
eoruz z ſecluſus ab omni iugo rōnis
cuz quibus etiā litigare turpiloquiū
eſt: ex quo minime ratio dominaſt in
eis. vnde in prouer. ſapientum dictū
q̄ abſentez ledit qui cū ebriſo litigat.
Nam qui ebrius eſt iſt ſit corpore p-
ſens: nō tamē adeſt mente: qz uſura-
tionis caret: et uſq; mens abſens eſt:
nec litiganti adiſt. Si igitur ſtultum
eſt litigare cū abſente quid igit ebri-
oſo petis. Ipſius enī ſunt ſermones
quos proferit: ſz crapula ſuo veneno
fauces z linguā deturpans in execra-
bilia verba ſepius promit: z leticiam
quandā ſtultam vanā z loquacez gi-
gnit. vñ ſimachus in eplis. Leticia
res loquax eſt atq; oſtētatix ſui. neq;
ebriſoſ. cū ſuis crapulis leiſiſi. aticuz
fuerint ſactantiaſ emittunt: laudib⁹

propujs intendūt et quicquid profe-
rūt stultitia innuit: plurimosq; sapiē-
tes ad ignominia ebrietas deduxit.
¶ *Cap. xij. de vitio gule.*



Gula supfluitas est. om-
ne aut superfluum rese-
candū est: alias. n. cor-
pori nocet. Gula etenim
sua voluptate animus
allicit ad praua et mo-
re serpentino occulta sua venena dif-
fundit. iuxta illud virgilij in buccoli-
dis. Trahit sua quemq; voluptas. et
sequitur. Qui legitis flores et humi
nascentia fragra. frigidus: o pueri fu-
gite hinc latet anguis in herba: quia
scilicet in vita delicata et gulosa vitia
venenosa latitant. Nempe in grandi
comestatione scelera crescunt: et caro
rebellionis sumit audaciam. vnde pe-
trus deriga. Spiritus ad corpus vi-
ctus ab hoste redit. Virtutibus aut
me sic princeps destruit armis. et sub-
dit ad propositum. Qui parat ipse co-
cus dans renouansq; cibos. Nam ne-
q; quis poterit virtutum tangerē cul-
men. Si domine eis venteris iniquus
amor. Verumtamen mundi sequaces
gule studio tantūmodo vacant. et cō-
uiuorū adinventiones excogitant
varietateq; ciborū studētes in fercu-
lorum abundantijs gloriāntur. Nec
ast omnia diogenes phus spreuisse
legitur narrante valerio. li. iij. ca. iij.
vt supra dictū est. Ne quid tibi pro-
dest si venter repleto pigritare incipi-
as. Si enim comedere gloria tua est:
Cur ergo tantū comedisti vt tibi desit
gloria tua cū edere amplius nō pos-
sis. Reuera comestatio turpis gloria
est. Verumtamen qui in ea gloriāntur

sua gulositate ea priuantur. Si enim
sobrietate nō diligis eo q; virtus sit
salte sis sobrius vt comedere petas
et edendo delecteris. nam absq; desi-
derio manducare nulla cōplacentia
est. Discant igitur comestatores eui-
tare gulam vt eorū gloria licet inepta
nō. perdat. Utinam tū abstineret nō
comestandi sed penitendi causa pro-
pter deum. Id enim quod sine meri-
to facerent in deū referendo sibi pro-
ficeret: et fortassis illud onus absti-
nēdo non inuenirēt quod comestan-
do reportant. vnde tullius in rhetorica
secūda. Comedere inquit oportet vt
vitas nō tamen viuere vt comedas.
Sed pro chdolor teste sene. li. vij. de
naturalī questione. Homines non
sunt ad pompinam dentibus et ven-
tre et ore contenti: sed etiam oculis
gulosi sunt. Ideo seneca ad lucillum
epistola. vi. Taurus inquit paucissi-
morum iugerū pascua impletur: et
vna silua pluribus elephantibus suf-
ficat. homo vero ex terra pascitur et
marī. Verumtamen non fames hoc
ventris facit sed ambitio. Si enim re-
gulariter quis vitam suam delectabi-
liter modico cibo contentaretur. Li-
borum enim varietas et delicacitas
sepius opintione potius q; re placere
creditur. Nam plurimi cibos magnis
sumptibus sibi iubent deportari. qui
bus tamen accidit: vt eo postponāt
ferculis quotidianis quibus vtī soli-
ti fuerunt. vnde quintilianus lib. vij.
In grandibus centis hoc sepe nobis
accidit: vt cum optimis satiati sumus
varietas tamen ex vistoribus quan-
doq; nobis grata est. itaq; edactas
non necessitate aut bonitate: sed po-

ius voluptate fertur. Unde lucanus. Prodigia rerum luxuries nūq̃ paruo contēta paratur: ambitiosa fames et laute gloria mense: discite q̃ paruo liceat producere vitam. Et eunodius. Libera: perdices: grus: turtur et huius non explent vterum corpora: mille riuus: quasi dicat q̃ gulosi satiari nō possunt: cui tamen venter humanus modicus existat. ideo martialis cocus. Liber nō potes et gulosus esse liber eris cenare foris si maxime nolis vegetana tuam si domes vvasitum. Que verba nil aliud sonant: nisi q̃ vir gulosus seruus est et subiectus castrimar gē et auditati que sepius prouenit ex conuiuijs forinse quib⁹ hominis regula violatur. Ob hanc enim causam legimus augustinū extra domū propriāz cōtineri noluisse. Itaq̃ teste petronio. Ingentiosa gula est: debet ergo cōtēntari homo id sumere quod pro vita satis est. vnde bernardus siluester in microcosmo. Effluit occiso corpore totus hō Sic sibi deficientes peregrinis indiget escis Sudat in hoc vitam denichillatq̃ dies: q̃ sc̃z transit homo vitam: diesq̃ suos cum cibo mortali quo vti habet. Magna igitur ineptitudo est cū epicuri in commestatione gloriam cōstituere qua omne bonū corporis et anime retardatur.

¶ Capitulum. xliij. de penitentia non differenda.



Entētia medicīa est aie in remedijs p̃cōrum. Quaz graue est q̃ infirmo medicīnā expectare tā onerosū magis est sapiētī aut

gram. Felices non faciunt opes aut
beatos. Nam mundi ex opibus bre-
uis ac veritura voluptas: edita per-
petue semina mortis habet. Cartho.
Felices obesse quorum sine cruce vita est
Itaque beatitudo non in diuitiis consi-
stet: nec in vita sed post bonam vitam pla-
ne habetur. ouidius. iii. methamor.
Ultima semper expectanda dies ho-
mini est. dicique beatus ante obitum
nemo supremasq[ue] funera debet. quia
scilicet post mores beati boni erunt
Sapientis igitur mundi contemnat:
ut post mortem domino viuatur.
¶ Capitulum vicesimum secundum
de contemptu diuitiarum.



Fuitle nulli certu-
dinis sunt: maiorq[ue]
necessitati succurrere
nequeunt unde varro
in suis sententijs. Eo-
dem eto dimittende
sunt diuitie quo accipiente. et lacta.
li. de falsa sapientia. Laudat demo-
critus eo quod agros suos reliquerit. et of-
q[ue] pascua publica passus sit fieri. ce-
tho. Despice diuitias si vis animo es-
se beatus. quas qui suscipiunt mendi-

cant semper auari. et terullianus in
apologetico contemptore diuitiar[um]
die gen[er]e commendat: ut superius au-
disti. Nempe diuitie non competunt
homini: ut proprium bonum: sed ut
valde forissecum: quia teste sene. ad
lucillum. Non est tuum quod fortuna
fecit tuum. varro in suis senten. Ne-
mo suus putet quod extra ipsum est. Et
in prouer. sapientium dicitur. Nichil p[ro]-
prium dicas quod mutari potest. sed di-
uites huius seculi que habent p[ro]pria
dicunt: nec attendunt quibus malefi-
cis diuitiarum occasione subiaceant.
prosper in epi gram. Terrenis opib[us]
cum diues gaudet inquit: veris se-
miserum nescit egere bonis. et sequit[ur].
At bona iustorum nullis obnoxia da-
nis: hostes furta ignis et mare non me-
tuit. omnis virtutum semper substantia
salua est. tanquam dicat quod sapiens non di-
uitias mutabiles sed virtutes acqui-
rere debet. quia non pecunijs: sed virtu-
tibus perficitur vita. Salterus in ale-
xandrei. i. Auferre pecunia mores non
afferre solet. quem vero morum non re-
rum copia ditat. Quem virtus extol-
lit habet quod preferat auro. Non e-
get exterius quam moribus intus absidet
Mobilitas sola est que animi moribus
ornat. orati in epistolis. Impar aut
feruit collecta pecunia cuiq[ue]. Stulti-
tia pascunt opes verum si stulti diui-
tes fuerint: sapientes reputant: sed p[er]-
culdubio stulti arbitrandi sunt quia nihil
insipientius quam suam felicitatem labi-
li fortune prebere. Inquiramus ta-
men cur homines ita diuitijs inten-
dunt earumq[ue] occasione cur se felices
putant. ideo hoc fortassis est: quia teste
horatio in epistolarum li. i. epistola. vi.

scilicet vxorem cum dote fidemq; et
amicos et gen⁹ et formam regia pe-
cunia donat. et petronius. Quisquis
habet nūmos secuta nauigat aura.
fortunamq; suo temperat arbitrio.
Carmina componit declamat incre-
pat omnes iuuenalis li. i. Quantum
quisq; sua nummorum seruat in arca:
tantū habet et fides. q; scilicet tantū
sibi subseruiunt homines et credunt
q̄tum pecunie habet. His itaq; ver-
bis z cōsimilibus diuites huius secu-
li suam fortunā auctorizant z felicitate
similibus ex causis ea p̄stituunt
S; proculdubio modica sunt illa q̄
prebent diuitie bona. Nam diues se-
cure nō nauigat aut itinerat: q; quā-
to quis ditior. tanto timidior si gau-
det carmine in luctum p̄uertetur ta-
men etus si imperat tandem obediet
morti si increpat tandem etiam incre-
pabitur iudice deo. Attendamus igitur
nō fortune prospere cōmoda que-
labia. sed incōmoda mentib⁹ nostris
renouemus. Nam vt ait plautus in
aulularia. Pecunia rerum atq; solli-
citudinum causa et caput est. z. a. gel-
lius nocturnum actica. Sapientes in-
quit dixerunt eum multis indigere
qui multa habet. magnam indigen-
tiam nasci non ex magna inopia. sed
ex magna copia. seneca. xliii. ad lucil-
lum. Terrena inquit bona libertatez
nobis extorquent. Nostris enim esse-
mus si ista nostra nō essent. ideo sene-
ca libro de morib⁹. Facilius est pau-
peri contemptum effugere q̄ diuiti
inuidiam. Hec igitur posco damna
cōmemoremus et prelibat⁹ s cōmo-
dis comparemus Nunquid audim⁹
q̄ diuitie prebent sollicitudinez: cau-

sant indigentiam: inuidiam signunt
libertatem tollunt Nunquid hec in-
commoda graua sunt. Nam teste so-
crate. Dānum non nisi ex abundan-
tia raro venit. z sidonius Diuitias di-
cit esse cām malorum. Cur igitur in
eis speremus: ex quo tot incōmoda
ferunt: nullaq; stabilitate sistunt. vn-
de valerius li. vi. Nullo in loco nulla
in persona diuitie radicibus stabili-
bus consistunt. sed statu incertissimo
fortune huc et illuc deuoluunt. mar-
cialis cocus. Callidus afflatam nū-
mis fur auferet arcā. Prosternt pa-
trios impla flamma lares. Debitor
vsuram pariter cum sorte negabit.
Non reddet sterilis seminata tacta fru-
ges. Dispensatorem fallax spoliabit
amicus. quia scilicet diuites talibus
piculis subiacēt: eorūq; diuitias nūc
fur tollit nunc ignis cōbarit. nūc vsu-
ra rapit: nunc terra nō germinat fru-
ctū: nunc familiares fraudant et frau-
dantur. Ecce q̄ incerte sunt diuitie.
quāobrem sapientes sunt a quibus sper-
nuntur. Sed dicunt aliqui q̄ pauper-
tas est eis grauis. Fortassis eni ideo
grauis. non quia in se grauitatem ha-
beat: sed cupiditas animi eam mole-
ste supportat. Nil tamen letius aut
tutius est vera paupertate. vnde se-
cundus philosophus. Quid est pau-
pertas: odibile bonum sanitatis ma-
ter curarum remotio sapientie repa-
trix negotium sine damno possessio
absq; calumnia sine sollicitudine fel-
citas. seneca ad lucillum. xxi. Mul-
tis ad philosophandum obsistere di-
uitie. Paupertas autem expedita z
secura est: non circumdat illam turba
seruorum ad quos pascendos trans-

marinarum regionum est optanda
fertilitas. et subdit. Si vis vacare ani
mo oportet ut pauper sis aut paupe
ri similis. quintilianus causa. vij. Pau
pertatis proprium est exercere liber
tatem. lucanus libro quinto. Dat vi
res fortuna minor. o vite tuta facul
tas et fortunatus pauper in angusto
regnat habendo deum. Ueruntamen
teste lucano li. i. Secunda vizorū pau
pertas fugitur. Sed hoc immerito:
quia ut inquit iuuenalis libro. i. Feli
ces humiles pauper quos spiritus am
bit Illos nam celi regnum sublime re
cipiat. unde legitur quod aristoteles. Pau
pertatem graue non habebat sed pau
peribus non posse succurrere dolebat.
Sed nunquid in derisum pauperes
habentur. grauis est ergo paupertas
Reuera derideri ratione tolerari po
test: quia ex natura pauperes omnes
sumus: et si fortuna quosdam subli
mauerit: in derisum sublimitas ver
tetur eorum. iuuenalis li. i. Nil habet
infelix paupertas durius in se quam quod ri
diculos homines facit. comune hoc
vitium est. iam vultimus abtiosa pau
pertate omnes quod scilicet omnes ex natu
ra pauperes sumus et fortuna verte
tur in ruinam. et qui in diuitiis gloria
ti sunt aliquando dicent illud hiere.
i. Peccauimus vanitate seducti su
mus. Utinam igitur attenderet vnus
quisque sapientis. ecclesiasticus. v. dicentis: Mo
li attendere ad possessiones iniquas
quod non proderunt in tempore vindicte et tri
bulacionis. unde augustinus. v. de ci. ca. xx.
liij. Imperatores felices non dicuntur
vel quia diuitius imperauerunt. quia
imperatores filios suos reliquerunt
aut quia hostes domuerunt: aut vel

quia diuitias obtinuerunt. Decent
omnia huius vite munera sunt. quibus
similia etiam cultores demonum acci
pere meruerunt que non pertinent ad
dei regnum: quibus verbis apparet
bona temporalia hominem non facere feli
cem. ideo augustinus ibidem subdit. Im
peratores inquit felices dicuntur si ius
ta imperant: si per obsequia humili
ter salutantium non extollunt: sed se
homines esse meminerint: si suam po
testatem ad dei cultum dilatandum
applicat. si plus amant futuri regni
habere cōsortes quam vanitatis huius
cohortes. itaque omnia huius mundi
munera vana sunt. unde aristoteles. ad ale
xandrum in epistola. Alexander noluit
appetere transiturum quod oportet
cito te relinquere: sed pete diuitias in
corruptibiles. unde hermodorus fer
tur dixisse quod plenitudo perfectionis in
principio est abstinentia a pecuniis. vñ
mathei. v. Multos perdidit aurum et
argentum. et ecclesiasticus. viij. Qui aurum di
ligit non iustificabitur.

¶ Ca. xxiij. de negligentia.



Si piger indignus est
bonis: et qui sollicitu
dinem non habet nul
lo meretur beneficio do
tari Ad hoc enim natu
rally est homo: ut laboret cor

pore pro victu et mente pro virtutibus
adipiscendis sed pigritia multos
desides facit eo quod plurimum laborare
formidant nam teste tulio in tusculana que
stionibus li. iij. Pigritia est meritis cō
sequenti laboris. Quidam autem
sunt ita molles quod non nisi pigrescere
querunt. nam teste aristotele. iij. ethicorū
Molles est fugere laboriosos

Sed quid est q̄ quidaz vanitates sol
liciti sunt. et pro bono pigrescunt.
Hos enim excitat perlius satyricus
satyra. v. Mane piger stertis surge
inquit avaritia eya surge negas istat
surge inquit non queo surge. En qd
agam rogitas ensa perdam aduehe
ponto castoreum stupas habenū tu
lubrica choa. Tolle recens primus
piper et sitiente camelo verte aliquid
lura: quasi dicat. surge piger surge: q̄
instat surgendi ratio. vnde gaufred⁹
in poe. Quid facim⁹ torpemus ima
gine pigri Scis ne moraz pigri si ma
ne vocetur obaudit: si citetur adhuc
iterata voce. sonora nare vigil stertit
tandem clamore coactus. ore tamen
lento linguam mouet: et michi quid
vis inquit. Surge veni. nox est per
mitte quiescā: Immo dies ē surge. de
us meus en ego surgo: vade sequar
nec eum sequitur quez negligis et tu
non venies dudum venissem sed mi
chi vestes quero nec inuenio. nichil
est te byrria noui. Surge cito. domi
ne en sum presto nec tamē immo vel
caput huc illuc vertit: vel brachia scal
pit vel membra in longuz distendit.
sic sibi quasdam vnde libet morulas
querit semper venit ore non pede. si
veniens nunq̄ venit ille coactus for
te mouens gressum trahit a testudie
motum huius imago sumus ad gau
dia vera vocat: delictis variis capis
vel pectoris aurem obstruimus vel si
patet auris ad illa venire differimus
semper: vel si fortasse venimus nolē
tes tracti moru testudinis sumus. et.
Itaqz vanis excusationibus pigri su
um torporem defendere nituntur.
Quiso enī attendas quo tramite ho

nores virtutes scientie diluile solent
adipisci. His etenī demptis quos de
us speciali gratia illustrat: omēs sua
solicitudine et diligētia talia sibi cō
questarūt. nam ipse tul. in tusculanis
questionibus libro. iij. Tardis intu
itibus nō facile virtus committitur
virgilius in buccolicis. Tarde vene
re bubulci. omnis enī tardus bra
nio carebit. catho. Plus vigilasem
per ne somno deditus esto. Max olu
turna quies vitijs alimēta ministrat
ovidius ij. sine titulo. Infelix tota q̄
cunqz quiescere nocte sustinesz som
nos premia magna vocas. Stulte
quid est somnus gellide: nisi mortis
imago. Longa quiescendi tempora
fata dabunt. Unde philosophus se
cundus. Quid est somnus nisi mor
tis imago. Laborum quies in firmē
tium votum miserorum desiderium
quia miseri pigrescere semper optāt.
sed vir prudēs sic debet esse deditus
somno vt vigilare intendat. vnde era
tor corpore somnus erat huc sed vt
gilabat in illo. Qui nescit dormire: si
des hec cātica clamant. quia scilicet
viri fideles pro suis amicis vigilant
semper. Quamobrem pigros redar
guit ovidi⁹ li. palle garo. O male pre
sto quies: o semper dedita somno pe
ctora: vnde bono quantis pates ipse
ruinis. quem nox sola tenet nescit vi
gilare periculo. Hec tamen reprehē
dēda est debita quies nature. quia te
ste. Horatio in poetria. Et quando
qz bon⁹ dormitat omerus. Itaqz pi
gritia mala sed somnus moderatus
bonus est. Nempe se pigri suaqz ne
gligunt et velut bruta in fecibus suo
rum delictorum deuoluuntur et occi



ostitate desides sunt omneq; licituz
exercitium fugiunt. Curuntamen fo
mentum virtutum octum est. seneca
ad lucillu. lxxviiij. Gloriar octo mors
est. Quidius primo de remedijs. Oc
ta si tollas perire cupidinis artes.
Contempeq; lacent: et sine luce fa
ces: quam platanus riuo gaudet quā
populus ynda et q; ilmoia canna pa
lustris humo tam venus ocia amat.
que verba hoc sonant q; octum est fo
mentum libidinis et vitiorum. quinti
lia. causa. xiiij. Ad omne votum fluen
te fortuna lasciuit octum. et causa. q; r
ta. Necessse est vt in facinus ardor oci
osus erumpat: quia scilicet homo oc
ciosus de facili in malum prorum
pit. et ideo prouerbiū grecorum
olim fuit istud. Quam quisq; no
uit artem in hac se exerceat: vt refert tul
lius in tusculanis questionibus pmo
ynde didimus ad alexandrum. Aug
ritiam non exercemus: octum tur
pe deuitamus. Nec tamen omnis re
quies octum vocatur saltem reprehē
sibile. Anima enim sedendo fit pru
dens teste aristote. Viri quoq; studi
osi apud vulgus ociosi dicuntur: quia
manibus nō laborant: non tamen pi
grescunt: quia mente contemplanr.
Horum autez octum si ita vocari de
beat laudabile est. tullius in tuscula
nis questionibus lib. v. Quid est dul
cius ocio litterato. Octum autem lit
terarum studium est: sed agricole alij
q; opifices qui litteras nesciunt: cor
pore nisi laborent in vitia facilliter ca
dunt. seneca ad lucillum. lxxxiij. Oct
um sine litteris mors est et hominis
vitiū sepultura.

Ca. xxiiij. de castitate et pudicitia.

Castitas hominē facit
angelicū in mēte vi
uatiore in apparatu
pulchriore i vita diu
tutiorē in famaz ge
stu honestiore. Et ca

stitate nō obseruanti difficile est ali
cui studio: aut virtuti intēdere. Mā li
bido totā mētē occupat totū corpus
extenuat: z tandem vires singulas de
stituit. Ideo didimus ad alexandru.
Nos aragmani membra libidinis nō
damus: nec reprobandi sunt qui co
pulari cōiugio propter boni prolis
et nō ppter libidinē cōueniunt q; te
ste sexto pithagorico in suis senten.
Adulter est in suam vxorem amator
ardentior: q; scz spēs adulteri sapere
videt: qui suā vxore ex ardore nimio
abuti. hic tñ adulteriu large acces
ptū est. Caneāt tñ iugati ne pteru
cōiugij libidine feruere psumant. Mā
veteres oēm libidinē feruēter respue
runt: vxoresq; ad lubricitatē incitan
tes aspexerūt. vale. li. vi. c. liij. narrat
q; suspicius gallus vxorē suā dimisit
eo q; ipaz capite apto foris versataz
cognouerat. Lex inq; tibi meos pfi
nituit oculos qbus formā tuā appro
bes. His decoris instrumenta cōpa
ra: his esto p̄ciosa horumq; certior
crede noticie vkeriori tui conspectus
superuacua irritatione accersitus in
suspitione z crimine hereat necesse ē
ideo tibullus. Casta precor contunx
maneas sanctiq; pudoris: nec sis ca
sta queso metu sed mente fidei. Sed
lamentandū est pudicitiam iam fere
ex toto perisse: et femine in qbus pu
dor existere habet vt plurimuz viros
prouocant: cōiugij fidez deserunt vte

ginesq; sunt querunt violatores et vi-
due amasium. veteres quoq; a lubri-
citate vt sepius nō cessant. Tales et
ent; vt frequēter. tps huius sunt mu-
lieres. et si factis talia non exerceant.
mente verū tamen vt frequētius cor-
rupte inueniunt. et metu potius q̄ p-
prio motu cōtinent. vñ d̄ ouidius. iij.
sine titulo. Si qua metu dempto ca-
sta est ea deniq; casta est. que quia nō
licet nō facit illa facit: et q̄uis serues
bene corpus adultera mens est: nec
custodiri nisi velit illa pōt: nec mētez
seruare potes: licet omnia claudas.
omnibus exclusis intrus adulter eris
quasi dicat q̄ mulier continens me-
tu casta non est. Sed nunquid turpe
et scandalosum si carnis luxuratio-
ni supeminet. Quis enim vellet an-
cille fedissime ancillari cuiusmodi ca-
ro luxuriosa est. Ob hoc enim olim
sapientes loca solitaria et deserta ele-
gerunt ne impetibus libidinis fati-
garētur. vnde refert hieronymus cō-
tra iouinianum q̄ cum plato esset di-
ues elegit sibi vnam villam achade-
mie procul ab vrbe vt libidinem eui-
taret. Terullianus refert q̄ demo-
critus oculos sibi eruit: eo q̄ mulie-
res sine cōcupiscentia aspicere nō va-
lebat. Q̄ periculosus est feminariū
intritus. nam teste hierony. vbi su-
pra. Inutile ē crebro videre per que
aliquando captus es: et eorum te ex-
perimento cōmitte qui hoc perpen-
derunt. nam pithagorici. Solitudi-
nem et deserta ob hoc inhabitare ele-
gerunt. Huius gel. ii. noctium actica-
rum refert q̄ demetrius sibi oculos
eruit ne ab bonorum studio impedi-
retur. iuxta illud euangelij. Si ocu-

lus tuus scandalizat te erue eum et p-
tice a te. Den attendamus qualiter
oculis plures offendantur. Nam tes-
te quintil. causa prima. Hominis li-
bertas est oculos pdidisse oculi sunt
per quos paupertatē ferre nō possu-
mus. oculi tota nostra luxuria. h̄nos
in omnia quotidiana vitia p̄cipitant
sene. li. de remedijs infortuitorū. In-
telligendum est patrem esse innocen-
tie cecitatē. Oculi enī sunt irritamē-
ta vitiorū duces scelerum. Q̄ vtinaq;
oculos vanitati sic nō exhiberemus.
q̄ impudicus oculus impudici cor-
dis est nuncius. ideo ouidius. iij. Tri-
stium. heu michi cur vidi cur noxia lu-
mina flexi: peccatūq; oculos est ha-
buisse meū. Nam plurimi non pecca-
rent si peccandi occasionem nō viderent:
et maxime libidinez incitat ocu-
lus. Ob hoc debet modeste regi in-
vanis nō fixari. Nam sicut piscis ca-
pitur hamo: sic oculo capitur vtrius-
q; libico. nec solum tamen cauere quis
habet vt vana non intueatur: sed eti-
am qui pulchritudinem habet libidi-
nis incitatuam cauere tenetur ne q̄s
occasione eius peccet. narrat valerius
libro. iij. q̄ quidā adolescens spu-
eruma nomine cum pulcherrimus es-
set femineq; illius sollicitarent ocu-
los ne peccandi alteri occasio esset
pulchritudinem suaz fedauit: et oris
decorem vulneribus abstulit. maluit
enim turpis fore q̄ aliene libidinis ir-
ritamentum. Rursus augusti. primo
de citi. dei refert q̄ cum marcus mer-
cellus vrbem ornatissimam syracusa-
norum cepisset suis commilitonibus
precepit vt castitatem seruarent edic-
tum secte ne quis corpus liberū vio-

laret. Dis igitur exemplis pater vi-
ros illustres pudicos fuisse alienum
qz thorum violare cū potuissent no-
luisse. vnde boetius. iij. de consolatione
approbat iniam euripidis qui dixit
carentes libidine esse felicē. valerius
li. iij. ca. iij. refert qz cum scipio esset
xxiij. annorum in hispania. certagine
oppressa maioris certaginis capien-
de sumpsisset auspicia multosqz ob-
sides quos i ea vrbē penit clausos ha-
buerant in suā prātem redegresser: exi-
mle inter eos forme vrginez etatis
adulter: et iuuenis et celebs et victor
postqz competit illustri loco iter cel-
tiberos natam: nobilissimoqz gētis
elus indibuli desponsataz accersitis
parentibus z sponso inuolatam tra-
didit: aurum quoqz quod pro reden-
ptionem puelle allatus erat summe
dotis adiecit: qua cōtinentia ac mu-
nificentia indibulis obligatus celti-
berorum animos romantis applicā-
do meritis elus debitam gratiaz de-
tulit. Quot sunt similia facientes: et
meo qz pauci. Potius enim vnde lu-
genduz est. vtri dicti nobiles lasciuie
student veneri subserulūt puellas vir-
gines desponsare iugiter querunt et
tunc credunt magnam militiam ex-
ercuisse quando iuenculam ignomi-
nie tradiderunt. O quale duellum: o
qualis triumphus: puellam fragilez
et innocētem vincere et vtraz contā-
minare. fuisqz sepius garciferis pro-
stituendam exhibere. Hi enim satel-
lites leonesqz suos habent: quos nu-
trunt et stipendiant: vt vrgines fili-
as pauperum raptant eorumqz nu-
tus subducant. Ecce quales scuriferi
tales enim sunt quales domini qui-

bus subserulunt. omnes enim vne-
rem colunt. Rursus claustra mona-
charum et religiosarum violant con-
iugia discriminat: suaqz fedissima lu-
guria omnes it possent conquinare
feminas vellent. Si castra vel vrbes
ceperint: hoc primum est quod cogi-
tant vt libidini vacent. Horum si qui-
dem vita non nobilis sed ignobilis ē
vilissima quoqz. ovidius libro episto-
larū. Italia reparabilis arte lesa pu-
dicitia est. Hi tamen satisfecisse cre-
dunt: si virginem corruptam suis do-
nis munificent: facultatibus siquidē
tribuere possunt: sed virginittatis de-
cozem prebere nunqz. Fortassis au-
tem voluptatum occasiones mulie-
res producant. in quibus alia sollici-
tudo non est ornatus namqz excogi-
tant vt se pulchiores ostendāt ipu-
dicissimisqz nutibus vtros inficiunt
suisqz crinibus rīribus et vestibus vt-
ros ad libidinez conctare meditantē.
Utinā lucretie exēplum acciperent.
De qua refert vale. li. vi. ca. i. Dux in-
quit romane pudicitie lucretia cuius
virlis animus maligno errore fortu-
ne muliebze corpus sortitus est tar-
quino regis superbi filio per vim ste-
prata cum suam inturiā grauissimis
verbis in cōsilio necessariorū deplo-
rasset ferro quod clam secū attulerat
se interemit nō ita approbanda cum
nullus mortē sibi inferre debeat sua
autem castitate laudem promeruit.
qz nō sponte sed vt succubuit. vñ pro-
sper in epigram. Mens illesa nichil
violato in corpore pōit: inuitam car-
nem vulnera nō maculat: nec crimen
facti recipit nō mixta voluntas velle
magis facinus qz tolerare nocet. que-

verba nisi aliud sonant: nisi quod ille peccant femine que sua voluntate libidinis consentiunt. violare vero culpam non habent. Sed restat questio gratias que sit violata mulier. Plures enim se violatas dicunt que modicis verbis obedierunt. Uterum mulier fragilis est. et facili occasione seducitur plurimum. Uterum tamen violari creditur: nisi quod in ea est: etiam usque ad atrocissima verbera resistisse usque ad mortem reperitur: aut nisi obprobrium maiore pre timore ignominiaz ipsam permisisse contestetur quod fecisse lucretiam legimus. Plus enim stuprum quam mortem timuit nec violatorem formidavit dicentes ei te interficiam. sed tunc tremor truit in eam cum subiungit unum enim ex garciferis tuis te interfecta iuxta te interfectum in lectulo ponam et dicas pro dolore tui stupri hanc necem me peregis. Quibus auditis nimirum si femina fragilis fuit. Obprobrium enim plus morte timuit: quia postmodum restituto honore mortem vitam precelegit. Huius autem valitudinis nescio si femine repertentur hoc tempore. scio tamen in pudicissimum genus earum universas fere plateas occupare et que impudice sunt alias pudicas sibi similari pertractat. ut multitudine et conformitate erubescens tiam sue libidinis effugiant et tractare si nequeant saltem verbis eas scandalizant et similes eis omnes alias predicant que non simulantur eis. de quibus narrat valerius libro preallegato capi. primo. Refert enim quod consuges iuniorum orauerunt maritum victorem ut ab eo virginibus

vestalibus dono mitterentur. Porro mitterant et affirmabant illas virilis concubitus futuras expertes quia scilicet se iactabat quod illas peruerteret sed quod petebant non obtinuerunt. et ideo ipsa nocte se laqueis suspenderunt. Huius autem malefici plurimi sunt qui non cessant puellas ad venere concitare libidine suadere et criminis pondus falsis peroratoribus alleutare tales maculant policias et earum sub vmbra innumerabilis criminum sunt eoque quod in eis sexus suspitione caret. ideo talibus tractationibus indubie et pro dolor impune se exponunt. Quendam monialis virgo fuit cuius dulci aspectu cor regis captum est ita ut rex ipse vi et violentia eam rapere conlisset quod ubi prefata virgo rescivit oculos propositos ipsa eruit sibi et promunere ad regem misit. Augustinus de ciuit. dei narrat quomodo marcus marcellus antequam syracusim cepisset fleuit: et proclamari fecit sub pena mortis quod nulla mulier violaretur.

¶ Capitulum vicesimum quintum de luxuria vitanda.



Luxuria omni virtuti est inimica. Ipsa via perditionis obprobrium iter facultatum desertatio studiorum licitorum impedimentum sanitatis exiduum ipsa vita breuiat mortem festinat luxuriosis minuit decorem infirmitates gignit corpus sordidat mentes obdurat sensus obnubilat visus precipue minuit. Ipsa fons et origo omnium calamitatum anime et corporis. de qua loquens vale. lib. ix. capi. i. Blandum malum

inquit est luxuria quam accusare ali-
quanto facilius est q̄ vitare. et li. liij.
ca. liij. idem valerius refert q̄ cum so-
phocles iam senex esset et quidaz ab
eo quereretur: an etiam nunc veneris
rebus vteretur dii mellora inquit. li-
benter enim istuc tanq̄ ex aliena fu-
riosa profugi dominatione. Et me-
rito quia teste tullio. de offi. Luxuria
cum omni etati turpis sit. senib⁹ ma-
xime fedissima est. z lib. de senectute.
O preclarum munus etatis senectu-
tis scilicet si quidem id aufert nobis
quod est in adolescentia virtuosissimū
scilicet libidinem corporis seneca in de-
clamatiōibus li. ij. Adolescens luxu-
riosus peccat: senex luxuriosus insa-
nit. z subdit. Que malā facies habēt
sepe impudice sunt: nō enim deest a-
nimus corruptor. His enī documē-
tis apparet luxuriam maxime vitari
debere salustius in catilinario. Mul-
tos pessima luxuria atq̄ avaritia ve-
rant. fulgentius. li. mitologiarum. q̄
uis enī in oībus libidinis amor tur-
pis sit. turpior est tamen in honestis
nam luxuria maiestati est contraria.
Sed hoc habet luxuria q̄ execrat nec
perpendit homo iuxuriosus quid fa-
ciat. Ideo fulgentius ubi supra li. liij.
Amor cum periculo sepe concordat
et dum ad illud solus vocat quod di-
ligit nunq̄ videt quod expedit: q̄ lu-
xurie amor cecus est. quē obrem ve-
teres libidinem spreuerunt tanq̄ ho-
noris inimicā. naz referēte aug. li. de
ciui. dei. Scipio nasica phibuit the-
atra seu loca meretricia quelicet pos-
sint abiq̄ fraude permitti: nullo pa-
cto m̄ debent suaderi. plurimi tamē
oīum delectationez in suis libidinib⁹

credunt. quibus teste helinādo. Om-
ne delectamentū in libidine est. et de
quid extra libidinē occurrit offensio ē
Accusēt ergo nō tēpora sed theatra
in quibus ad aram luxurie virtutum
victime trucidant. O q̄ vile specta-
culum q̄ sedum collegiū feminarū
pro solo vitio cōgregatarum. Pro-
pterea etenim carnē venditioni expo-
nunt et p̄textu vite sue fornicatiōe vit-
ctum sibi acquirunt: quas non excu-
sat carnis temptatio aut fragilitas
sexus aut visolentia. Nullo enī ferun-
tur amore etiam corrupto. Si enim
amarent humane fragilitatis excu-
satione participarent: sed nec amant
nec amare querunt: sed ex fediori lu-
xurie parte sue execrabili cupiditati
subseruiunt. Harum nempe fedi⁹ est
corpus cadauere putredo cutas fes-
tozem terraresoluit: sed illarum hor-
ror luxurie turpitudinib⁹ iugiter cre-
scit de consimilibus ait theodolus.
Mens robusta viri leuitate cadit mu-
lieb⁹: quia scilicet femina impudica la-
queus est viri. et ideo subdit. Descent
assyrii q̄ crediderunt mulieri. Nunc
tamen illud iuuenalis li. verificatur.
Est eadem summis pariter nūmisq̄
libido: q̄ plurimi diebus nostris ve-
neri vacant. Sed queso vt feminaz
discant amatores que sit eorum des-
lectatio et vita. Nempe ex amore fe-
minis nō nisi fere dolores generan-
tur nec est amor quietus: sed anxius
nō ampliatius sed corrosius. ouis-
dinus. li. de arte. Quot lepores in a-
tho: quot apes nascunt in hybla: ces-
sula quot baccas pallidis arbor ha-
bet: littoza quot concertot sunt in a-
more dolores. quod iunat exiguum

est plus est quod ledit amantes. Ecce quod lucrum feminarum amatores reportant: suo tamen infelicitissimo amore se putant felices: et ea consumunt in voluptatibus. que septimo gradus labore acq̄sierunt. Attendant enim exemplum demosthenis de quo fertur quod raris meretricis mammas loco palpitans quesivit quanti hoc est que ait mille denariis. cui demosthenes. Ego precio tanto dolorem non emo et merito. Nam stultum est magno precio id emere cui dolor succedit. Nunquid enim tales veneris amatores ut plurimum lugent summantis voluptatibus suis facultatibusque consumptis. Lugent nempe et vite preterite lacrimose scelera recolunt: consumpta affectant: se deceptos lamentant et laboribus necesse est: ut bona conquestant que voluptuose consumpserunt. Animaduertant igitur illud ouidi. vi. methamor. Nichil est quod non effreno capto amore ausit: nec capiunt mentes inclusas pectore flamas. unde versificator. Femina corpus opes animam visum lumina vocem. Polluit antichilum necat eripit orbat acerbat. et alibi. Corpus opes animam consortia federa famam debilitat perdit necat odit destruit aufert. Ecce quanta incommoda que amatores feminarum studiosissime perquirunt. unde hieronimus contra iovinianum ex dictis aristote. et plutharci et seneca hec verba colligit. Amor iquit forme scilicet mulieris rationis obliuio est et insanie proximus. est etiam fedissime conueniens animo sapientis turbat consilia altos et generosos spiritus frangit a magnis cogitationibus

ad humillimas detrahit: hominesque querulosos tractidos temerarios facit: pluraque tempora suspitionibus lachrymis et conquestrationibus perdit: odium facit sui et ipse nouissime odium est. seneca declamationum li. primo. Nil est tam mortiferum ingenio ut luxuria. et li. viij. Luxuria blanda pestis viciis orbis immensas opes auaris abstulit. Claudianus in maior. Luxurie pre dulce malum et hebetat caligine sensus. et in minor. idem claudianus. Dissuasor honesti luxur humanas obliuat copia mentes. Reuera inenarrabilia sunt damna que libidinem imitantur. Saltesrus alexandrei primo. Te non emollit at intus prodiga luxuries: nec forte pectora frangat: mentis moribus amor. Si baccho venerique vacas que cetera subdis: sub iuga venisti peris de lira vaccantis libertas animi veneris flagrante camino mens habet interius: rixasque et bella moueri imperat et suadet rationis vile sepulchrum si caro ebrietas rigidos eneruat hec duo mores. parca voluptati sit eis explere voluntas que leges hominum et mundi moderatur habena. scilicet baccus et venus. et li. vi. Nil sine itactum nullis contenta libido.

¶ Capitulum. xxvi. de voluptate carnis.



Voluptas carnis generat incontinentiam. Incontinentia vero damna infert que superflue enervata sunt. et sicut virtus deperit nisi actibus roboretur: sic voluptate premissa carnisque delectamentis infrigidat: non

tullius in senectute. Voluptas inquit
impedit consilium rationis inimica ge-
mentis: ut ita dicā. Prestingit oculos
nec habet ullum cuius virtute com-
mercium. et seneca epistola. xciiij. ad
lucillum. Ipse inquit voluptates in-
tormentavertunt epule crudelitatem
generant nervorumque torpores libidine
que et articulorum depravationes. vale.
vij. ca. ij. Aristo. inquit utilissimum pre-
ceptum est ut voluptates abeuntes
consideremus. si enim considerate fue-
rint pretermittent. Prochdolo tamē
teste lactan. li. de falsa sapientia. Glo-
luptas a cunctis appetitur: sed hone-
stivim non habet. et lib. de vero cultu
idem lactantius. Illecebre inquit vo-
luptatum arma sunt illius cuius opus
est expugnare virtutem scilicet dyaboli.
Scit enim quod mortis fabricatrix est
voluptas. unde ut refert tullius in li-
bro de senectute. Archita tarentinus
magnus in primis et pclarus vir nul-
lam capitaliorem pestem quam volupta-
tem corporis hominibus dicebat a natu-
ra datam: cuius voluptatis aude li-
bidoines temere et effrenate ad potē-
dum incitarentur: hinc patrie proditio-
nes: hinc rerum publicarum subversio-
nes: hinc cum hostibus clades: hinc col-
loquia nasci. Nullus denique scelus nul-
lum facinus malum esse: ad quod su-
scipiendum non libido voluptatis im-
pellat. et virgilius in buccolicis. Tra-
hit sua quęque voluptas. ouid. primo
de arte. Cure est sua cuique voluptas
catho. Pauca voluptati debent plu-
ra salutis. Morbi causa mali est sua ne-
pe cuique voluptas. prosper in epigra-
mate. Non semper vere est felix impleta
voluptas. Hic itaque testimoniis cla-

re deducitur quod voluptas nutrit est li-
bidinis omniumque scelerum carnis
merito ergo vitanda. Hic tamen volu-
ptatem amant qui delicate vivunt: et
escarum varietate replentur: et exin-
de luxuria infestantur. ideo refert tul-
li. li. de senectute platonem dixisse es-
cam esse voluptates malorum quod eavi-
delicet homines capiuntur ut hamo
piscis: quia scilicet in gulavitiis nutri-
untur. ouidius lib. primosine titulo.
Flox et amor vinumque nichil modes-
rabile suadent. illa pudore caret: li-
ber amorque metu. Impia sub dulci
melle venena latent. Hec enim tria
querunt voluptuosi scilicet noctem: ut evi-
tant pudores et libertatem amoremque
neminem timeant vinumque postulant: ut
luxurie fomenta nutrant. itaque volu-
ptatibus carnem et spiritum inficiunt
et quanto voluptas maior est eo quod ma-
gis animum a sede sua et statu dimo-
uet: sed teste quintil. li. iij. Fallit vo-
luptas: et boetius de consolatione Glo-
luptatum appetentia plena est anxie-
tatis facietas vero penitenter. Si igitur
vivere continentie cupis voluptati
non intendas ne deliciis vaces quod
faciunt seculi amatores: qui nichil ali-
ud preter carnis edia somniant me-
los et carmina querunt: coreas et ioc-
cos et quicquid voluptati subseruit:
sed teste Ouidio. li. de arte. Res est
blanda canor: scilicet voluptuosis: sed eo-
dem Ouidio teste. ij. de reme. Ener-
vant animos citare cantusque lireque
Nam cantibus vanis harmoniis li-
bido sepius mendicatur: et a volu-
ptate nutritur. Si enim sobile viue-
res: et delicate corpus non foueres:
pariret rebellio carnis lubricitas dis-

scederet et innumerabilis temptatio
num genera sub iugo rōnis teneres
vite delicatas comestationis super
fluitas luxum incessanter procurat.
macrobius li. saturnaliū. Ea que ex
tactu atque gestu voluptas est om
nium rerū fedissima. eosque maxime qui
se his duabus dedere voluptatibus
incontinentes et intemperatos dicimus
nullius li. de finibus bonorum et ma
lorum. vna voluptas multis obscura
tur voluptatibus in vita voluptaria
Abscedant igitur hi qui voluptates
virtutibus pretulerūt: sicut aristipia
ni aliqui stoici. ut tangit aug. v. de ci
uit. dei. Horum etiam sequaces sunt
adulteri ceterique libidinosi viuentes
voluptas enim non solum eam libidine
prouocat quam natura non prohibet: sed
etiam usque abusus indicibiles concit
at. Nam voluptuose viuens brutis
bestialior fit atque immoderatio. bru
ta nempe indicibile sodomitiscum cri
men respuunt: quod tamen voluptas
in quibusdam perversissimis hominibus
quandoque placuit. Bruta tamen sue
nature leges non ita infringunt. teste
quintiliano. lib. x. methamorph. Non vacca
vacce: ne equas amor vult equarum
vult oues aries sequitur sua femina
ceruum. Unde igitur hoc enorme vi
tium processit: ut ceteris animalibus
perfectius et celsius scilicet homo or
dinem nature quandoque puertere p
sumpserit? Heu in limitibus nature tot
sunt peccandi genera Magna igitur
illius est iniquitas quod hec omnia tran
scendit. Nescio quis peccatum hoc
adinuenire potuit. Arbitror enim nul
lum primo ipsum excogitare potuis
se: sed demones delictorum inuētores

quod feminis se copulasse feruntur: vi
risque quibus gigantes processisse le
guntur. non quidem eorum ex semine
quod non habent: sed ex translati viro
semine consimilia fecisse narratur. Hi
igitur demones qui nature sue leges
subuertunt homines quosdam ut estis
mo ad hanc enormitatem deduxerunt
ut sodomite fierent: et per feminas ma
sculos acciperent quod fecisse legitur
nero: ut narrat eunodius. Ludit in
quit in ancipiti constans fallacia se
xus. Femina cum paritur in peragit
cum turpia mas est. ideo quintilianus li.
bro epistolarum. Sint procul a no
bis iuvenes ut femina compta. Re
uera miror: satisque mirari nequeo que
libido aut complacentia in pari sexu
existat. nulla enim ratione aut rationis co
lore hoc vitium excusari potest seu quomodo
uivis modo alleviari. De ipso igitur tam
quam de indicibili sileamus: et eam lu
bricitatem reprobemus in quam fre
quenter pro cholor decidunt homines
quam voluptas nutrit: nunc adultera
ria nunc rapta et stupra hominum societa
ti inserendo. namque tanto usu hominum for
nicationes exercent: ut pro erubescē
tia non habeant. imo certe per honorem
et gloriam. vix enim vere mulier adul
tera nuncupari. Viri quoque iugiter
adulterari minime timent. Refert ta
men valerius lib. vi. ca. v. ut supra narra
tum est quod filius salenci propter adulte
rium viroque oculo priuari condem
natus fuit. Itaque adulteria olim sic
impunita sicut nunc non permittentur.
Nam teste terentio in andria. Inge
nium hominum proclive est ad libidi
nez. quintilianus de ponto. Veneris dā
nosa libido non solet in mēstos sepe

ventre choros: ſed potius qui ſeta cō-
lugia rumpit. Ideo conſultit tribullus
liſſi. Ne vos decipiāt pendentia bra-
chia collo: nec capiat blanda ſordida
lingua prece. Nempe eloquuta ficta q̄
blanda videntur vtriuſq; ſexus ho-
mines ſepe decipiſſit. ornatibus quo-
q; atq; muneribus alliciunt iuxta il-
lud ouidi. primo de remedijs. Decipi-
unt cultu auro gemmiſq; reguntur.
Omnia pars minima eſt ipſa puella
ſui. quia ſcilicet puelle plurime plus
ferunt in ornatu q̄ in proprio corpo-
re toto. ſuis ergo apparatibus ducū-
tur homines ad vias perditionis. tibi
q; felicitatē querūt vbi non niſi ſedi-
tas et corruptio eſt. Attendat igitur
ſapiens quibus cōſunat conſortijs.
Nam vt qui tangit picem inquinabi-
tur ab ea: ſic vir inſertus ſeminarum
cōſuſis de difficili continens eſt. vñ
ouidius ſi. de remedijs. Mō facile eſt
taurum viſa retinere iuuenca. Ut pe-
ne extinctū ctnerem ſi ſulphure tan-
gas. Viuit et ex modico maximus
ignis erit. Itaq; modica occasione
libido totū hominē vñt. Sed quid
ſapiens facturū erit vt caſte viuat.
Ibi namq; expedit vt ſeminarum vi-
ſum et tactum fugiat: ſobrie viuat. vt
taq; voluptuoſa non viuat. Nam te-
ſte ouido vbi ſupra. Diſſiſtis aliſ lu-
rtoſus amor. Non habet vnde ſuſi
paupertas paſcat amorem. et ſubdit
ad poſitū. Vtina parāt animos ve-
neriſi pluriſma ſumas. Ideo. Catho.
Luzte detineat veneris damnoſa vo-
luptas. Indulgere gule noli que vñ-
tris amica eſt. Nempe ſi ſobrie viue-
ris: faciliſter caſtus eris. Si autē per-
caſtrimagiam caſtitatem neglexe-

ris ad omnium vñtorum precipita-
tionem faciliſter declinabis.

¶ Capitulum viceſimū ſeptimum de
inuidia.



Inter vñtia minus ex-
cuſabile eſt inuidia. oc-
caſione enim nō ſolū
vera ſed etiam appa-
rente caret. Quid n.
tibi ſi bene primo fu-
erit. aut cur inde anxius. Si autem
quis lugeat qualem tibi inde gaudium
aſſurgit. Dices enim q̄ te offendit.
ſed tūc nō inuidia: ſed ira et vindicta
tūc odium eſt. Rurſus dices bonū
alienū tibi obſeſſe aut malefactū p-
deſſe: eo q̄ prosperitas primo colla-
ta tui eſſet ſi nō foret ipſe aut ſi caſu
vel obitu decederet: ſed tūc peccatū
tūc non pprie inuidia: ſed potius ab-
ſtio vel auaritia eſt. Tūc autē inuides
quādo ex propria malicia alteri bo-
nū videre nequeſ: aut malū cernere
letaris. Si enī exinde nec homini de-
creſcat nec malū contingat inexcusa-
bills vñq; malicia tua eſt. Unde in-
uidus quaſi nō vidēs dictus eſt. quia
q̄ inuidet alterius pſperitatem libe-
ter nō videt. de pſimiſi vñto loquitur
ouidius de ponto. Ledere vños li-
uor et inuſto carpere dente ſolet: qz
ſciz inuidiſtiſtis ſemp inuidet: nō quoz
malicia liuor merito nuncupat. clau-
dianus in mator. Rabie liuoris acer-
biſ nulla quies placare pōt. horatius
in epiſ. Inuidus alterius reb⁹ mar-
ceſcit opimis inuidia ſeculi non inue-
nere tyranni malus tormentū. mar-
cialis cocue. Rumpat quiqueſ rumpi-
tur inuidia. Nullū enim malus ſig-
gellum mentis q̄ ſit inuidia: corpus

nāq̃ deficcāt facies pallidat suspiria
 gemebunda infert cor triste facit den-
 tium rugitus cōcitāt detrahēre peti-
 tū ignominia; alterius libenter enarrat
 sed honorem pferre rēnuīt querit in-
 uidia non quid aut quō dicat penes
 se murmurat seipm affligit nec defo-
 ris venit: sed ex interiori malicia ma-
 nat. Hoc enīz viciū demones habēt
 humane inuidētes plī: quoz filij per-
 ditōis sunt hoies iūdi alterius bo-
 num proferri dolentes quibus mors
 est omne quod primorūz est appete-
 re etiam si melius possideant. Dicit
 enim illud ovidij primo de arte. Fel-
 cior seges est alienis sp̃ in agris. vici-
 numq; pecus grandius vber habet.
 Impia turpis nequissimaq; iūdia
 quot viros perdidisti: quot degrada-
 sti bonos et prudentes cetera enīz vi-
 tia occasionem licet nō sufficientem
 aliquatenus tñ apparentez exhibere
 possunt s; tu inuidia tue malicie cām
 ignoras. Est enīz quis supbus q; di-
 ues: quis fractidus: q; lesus quis gu-
 losus: q; edacibus iunct⁹: quis lubri-
 cis q; mulier infestat: quis pger: q;
 pinguis aut senex: quis auar⁹: q; de-
 ficere timet. Sed nō apparet cur in-
 uidus quis existat nisi ex ppria mali-
 cia qua quis seipm puocat: et de bo-
 no alieno dolorem sibi aggregat. vñ
 in puer sapiētū dicit. Inuidia est ani-
 mi dolor ex alienis cōmodis. Nulli
 enim inuidet vtr bonus et prudēs. et
 subditur. Scias enī multis abunda-
 re virtutibus in se qui alienas amat.
 tullius in oratione p cornelio balbo
 Est hec seculi malicia quedam atq;
 labes virtuti velle inuidere: ipsumq;
 florem dignitatis infringere. Erube-

scant igitur inuidi q̃ sui criminis oc-
 casionē nesciunt. dicente tul. in iuscu-
 lantis questionib⁹ li. iij. Inuidia ē
 egritudo suscepta ppter alterius res
 p̃sp̃eras cuz nichil noceāt inuidenti.
 ideo socrates ait. Malū alienū tunz
 ne feceris gaudij. Nampe magnis
 trāstis affligitur qui semper dolet:
 vbi proximus prosperatur. Nam al-
 terius molestia ex compassione qua-
 dam naturali animū molestat etiam
 inuidi recusantis: saltem ad tempus
 q̃q̃ nō perpendat: nisi cum totus in
 magnis fuerit. et si rursus de bono al-
 teri⁹ dolet in quo igit gaudebit. Nec
 enim miseria inuidorūz est q̃ seip̃os
 affligunt non solum aduersitatis oc-
 casione quod faciunt irati: sed etiā p-
 pria malicia et imaginatione. Quid
 enim obfūisset fabio si regi anthiocho
 naues elargitus fuisset quas secavit
 et interitui dedit. Narrat enī valerius
 li. vii. q̃ cum fabius regem anthiochū
 superasset: dimidiam q; partē suarūz
 nauū ex pacto recipere deberet: tūc
 fabius naues singulas per medium
 fūssit diuidi: vt regem anthiochūz clas-
 sibus priuaret. sed quid sibi profuit
 Nunquid melius ei fuisset ex quo vi-
 ctor erat supactūz prospere tenuisset
 Hoc tñ fieri inuidia nō permisit que
 nullus bonum permittere pōt. Hec
 nouit quonā inuidia fera pessima est
 suoq; veneno eo citi⁹ inficit z pūgit
 quo aliquem meliorem et virtuosio-
 rem sentit. quonā teste tullio in rhes-
 torica scōa. Virtutis comes est inui-
 dia. Africano siquidē dedit inuidia
 virtutem virtus gloriā et gloria emu-
 los cōparauit. salustius in iugurthi-
 no. Post gloriā meminēris inuidi

am sequi. Itaqz inter mortales difficilimum gloriam inuidiam vincere. Nam dyabolus illius satur est. Consideret igitur prudens qz graue peccatum sit inuidia que sponte et ex propria malicia in animo concipitur unde tullius in philippica. ij. Hec inqt grauiora sunt mala que animo concipiuntur qz que corpore feruntur. Miserior igitur est qui in se suscipit scelus qz qui alterius facinus suscipere cogitur.

¶ Finit liber sextus.

¶ Incipit liber septim^{us} qui est de morte et de consideratione eius. Et primo premittitur prologus in eum

Status omnis humanus ruinosus ē: nullo qz iure stat^{us} debet vocari: nisi reb^{us} declinatio tribus cōparetur. Omnes enim diuites et potentes olim qui floruerunt: modico terre angulo pclusi sunt Itaqz mors cunctis pompis honoribus terminum imposuit. quamobrem huic. viij. li. prologum de morte premittit. Arbitror enim mortem fore speculum quorumlibet statuum mundi. nam qz se moriturum considerat si celsus est intus gloriatur cernens suo principi parui ignoti finem preberi. Si pauper quis est tollerātie remedium mors ipsa prestat: eo qz facilius dolorē animus gerit quē nouit breui cursu consummari. Fiet igitur processus. vt in precedentib^{us} per problemata.

¶ Capitulum primum de miseria et breuitate huius vite.



¶ Ite huius breuis cursus anxietatibus fatigatur itaqz vita presens nichil aliud videtur nisi miseria breuis. vñ iob Homo natus de muliere breui viuēs tēpore replet multis miserijs. et ex puerbijs sapientis colligit qz homo vite comodatus est non donat^{us}. Lex enī vniversalis est que iubet et nasci et mori. itaqz male viuunt qui se semp victuros putant. Nempe nō ex debito s; ex mutuo vñimur. Queso igit ne quis dicat tot vel tot annos habeo: qz anni tui non sunt ex quo mutuo accepisti. vñ cuiusdam dicēt. xliij. annos habeo: respōsum est. xliij. ānos cōmemoras quos non habes: qz pterierūt et si eēt eos non haberes: qz nō possideres. hec tāgit sene. li. de naturalibus questionibus. Igit sileant qui pre grādi iuētute de futuris annis gloriētur. sileant et hī qui sua vetustate laudē sibi ascribunt miranda se vidisse tactant. Maxisti gloriānt de eo qd oīno preterijt. iuuenes autē in eo sperāt cui^{us} securitatem ignorāt. ouidius sine titulo li. i. Labitur occulte fallitqz volubilis etas. Et celer admissis labit annis equis. et idem. iij. de arte. Audi te formose tenere cātare puella. Max deflūt anni more fluētis aque. Nec que preterijt iterum reuocabit vnda Nec que preterijt hora redire pōt. Quō putas eos fastibus eleuari qz solia mundi obtinent: eo qz sui transit^{us} proximitatem negligunt. qz ta enim esset temeritas eorum: si absqz fine vñerēt: ex quo modica vite morula extollit cornua ipsorum. Attendant. n.

Illud oul. xv. methamor. Cuncta flu-
unt nichil ē qđ toto p̄stet in orbe sp̄a
qđ assiduū voluunt īpe motu. outidi⁹
li. vi. de falsis. Tempora labunt ra-
ctisq; senescimus annis. petronius.
Hec nos miseros qđ totus homin-
cio nil est. nil erim⁹ cūcti postq; nos
auferet ortus. Nunquid ergo lauda-
bile foret. si nos ipsos conspiceremus
dierumq; breuitatez oculis ante po-
neremus. tunc enī superbia periret
diuitie sufficerēt pauce diuinoq; cul-
tui singuli vacarent. Porro nullus
tam effrons tam impenitens inueni-
ri posset: quin tremore mortis recon-
ciliari deo dīponeret. Nouimus in-
q; mori oportet: sed non attēdimus
et si occurrat memo: ia quedam tunc
p̄crastinus mundi q; vanitatib⁹ nos
occupantes facilliter desistimus. uti
nam attenderemus illud maximiānt
Cuncta trahit secum veritq; volu-
bile tempus: nec patitur certa curr-
re: queq; via. Jam nichil est totuz qđ
viximus oīa secum tps̄ p̄teritēs ho-
ra q; summa trahit. Rursus si bre-
uitas vitam spernere nō docet: salte
hoc faciat ipsius breuitatis miseria.
Nam teste apuleio li. de deo socrati.
Fortuna caduca sigt: latim morta-
les voluto tēpore vocat. anxijsq; mē-
tibz et obnoxijz corporibus vixit.
vnde scđs ph̄us. Quid est inquit ho-
mo et respondet mēs incarcerationa fā-
tasma temporis speculator vite mā-
cipium mortis transiens viator loci
hospes aīa laboriosa parui tps̄is ba-
bitaculum. Hīs igitur attentis quis
sapientis de vita presentī solitetrabit
in qua nō nisi miseria reperit. et licet
bruta vite miseriam habeant. angus-

stior tñ est vita humana: cui natura
minime prouidit: bestis autē necessa-
ria dedit. vnde plinius in historia na-
turali li. vii. Ceteris inquit animāti-
bus varia regimenta natura tribuit
vt cornua spinas pēnas squamas vi-
gues. arboribusq; cortices hominez
vero nudum natura produxit. dicen-
te cathone. Infantem nudum cu; te
natura creauit. Paupertatis onus
patienter ferre memento. sident⁹ in
suo eplari. li. v. O necessitas abiecta
na: cendi miseria viuendi dura moriē-
di. valerius li. ix. ca. xij. Humane vite
cursus prout fortuna gubernaculuz
reperit: modo aspero modo trāquill-
lo motu peragitur spe semp minor
dum et cupide votis extēditur et fe-
re sine rōne cōsumitur. Miruz est igt
tur cur sapiētes qui se reputant tātis
crimīnibus misere vite fomenta con-
questant. Nullus enī in corpore viuēs
felix esse potest. si qua tamē felicitas
fuerit: idē o est qđ vita mente abutitur
p̄sens: futuraq; bonis opibz expe-
ctatur. nam dicit plautus in aulula.
Timor cupiditas auaritia felicē esse
nō sinunt hominē: scz in presentī vita
boetius. iij. de psola. Dignitatib⁹ ful-
gere vis. et p̄ire ceteros honore cu-
pis: sed tandem obnoxius periculis
parebis. gloriā petis: sed securus
esse desistes. Mempe et inconsiderā-
ti quid mors sit gaudeo z lugeo gau-
deo inq; vite future visa magnitudi-
ne: cuius aditus bona mors est: sed
lugeo: qđ corpus formidat mortem.
languores habere timefcit: et in dne-
nem redigi recusat. Reuera tamē sa-
piēs si fuero plus adest michi gaudiū
qđ luctus. Nam si mors me molestat

spes futuri seculi magis me delectat
 Noui enim qd mors transitus brevis
 est. Unde hildebertus de exilio suo.
 Mos est inquit hic hois semper cu
 tpe labi: z semper quadā condicione
 mori: hominis nudus nasci: nudusq
 reuerti: est hois putrere solo limūq
 fateri: et miseri gradibus in cineres
 redigi: res et opes prestant ei famu
 latur ad horas est locuples mane ve
 spere pauper erit. marcialis cocus.

Gaudia non remanent sed fugitiua
 volant: scilicet post mortē. vnde ma
 gimus. Qd dura premit misera
 cōditio vite. Nec mors humano sub
 iac arbitrio Dulce mori miseris: sed
 mors optata recedit. At cum tristis
 erit p̄cipitata venit. Morte melius
 qd mortis ducere vitaz. Pena minor
 certā subito proferre ruina: qd qd per
 timeas sustinuisse diu. z subdit Quot
 bona tūc habuit: tot modo dāna fleo
 Nonne placet melius certis cōfide
 re rebus. Euentus varios res noua
 semper habet. Felix qui potuit tran
 quillaz ducere vitaz. Et letos stabili
 claudere fine dies. Ex quibus cōclu
 ditur breuitas miseriaqz vite p̄sentis
 ¶ Cap. ii. quomodo vita p̄sens est
 carcer anime.



Mima rationalis dei
 formis est immortalis
 qz sibi. ergo carcer est
 corpori tūgi mortali
 carnisqz p̄ntas sp̄rit
 tū ad scelera trahit: et

velut mācipata carceri: sic aīa fene
 strulis angustis res de foris conspi
 cere pōt vt tāgit hildebert^{us} de exilio
 suo. vñ loquēdo in p̄sona anīe sic ait.
 Egrediar s̄ nescio quo sed nescio qū

et fortasse dies iste sūpmus erit. Est
 ergo ponenda domus qua libera tri
 sti carcere perpetuo iure carere que
 am. Itaqz anima petit vt extra cor
 pus sit: carcerqz careat. sibi igitur te
 diuz est corpus. Unde et sapientes
 plures corporis tedia vitare volen
 tes seipsos interfecerunt. vnde nar
 rante eusebio in cronica. Anno im
 perij augusti. xli. Marcus porcius ca
 tho latinus declamator tedio dupli
 cis quartane seip̄ interfecit. In hoc
 autē attestari minime debet: quia se
 necare nullus iure potest ip̄mqz atqz
 lucretiaz hac de causa redarguit au
 gustinus in libro de ciuitate dei. Suf
 ficiat autem qd prelibata hystoria in
 hoc seruit nobis qd vita p̄sens tedi
 osa est ipsius anime carcer. Nam cor
 pus sordibus constringit animā. vñ
Electio inquit facienda est nō ob aliquam comoditatem tēporalem eligentium vel emolumentū spem nec ob humanam intercessionem vel suasionem vel cōminationēz nec ob inordinatam affectionē ad personam eligibilem sine carnalem affectionēz. sed sunt eligēdi ob diuinū honoris cumulationem ob ecclesie dei utilitatem ob pfectus siue utilitatis animarū spem: et ob morū ipsius eligēdi atqz virtutū pfectionem. Hoc etia3 satis notatur in decreto. xxv. et. vi. di. Quāobrem grego. moralium. xliij. Curam inquit aiarum suscipere non presumāt nisi qui bella temptationū subegerint. vnde dñs ad moysem leui. vi. ait. Congrega omnē cetum ad ostium tabernaculi in electionē aarō et filiorū eius: vt sciant omnes qd qui prestantior est ex omni populo qd doctior sanctior et virtutibus eminentior: ille eligatur ad sacerdotiū. super quo ait origenes Illi inquit qui eligūt alijs modis q̄ predictis timeant dei iudicium atqz sibi imputēt dampnū siue perditionem animarū et ruināz ecclesie dei que destruit per institutionem mali p̄lati. vnde grego. in dialogo li. iij. ca. xxxix. narrat de pascasio qualiter erat in loco penarum. et cum interrogaretur cur hoc esset respōdit qd nulla alia causa erat: nisi qz cōsenserat in partem laurentij cōtra simachum ipsum eligendo in prelatum. Quapropter grego. in registro libro primo ait. Necesse est vt omnes culpas et negligentias sibi imputet qd ministerium virtutis infirmo cōmisit. Sicut igit̄ prelat⁹ eligendus est: vt bene agat: sic pariter electionem ac-

ceptare nō debet: nisi vt in deo p̄ficiat et hoc cum humilitate et tremore vnde augu. ix. de ciui. dei. ca. xix. Nō est inquit in acceptatione amandus honor in hac vita: sed op⁹ quod per eundem honorez sit vel potentiam. Ideo ap̄lus dicebat. Qui episcopatu desiderat bonum opus desiderat. qz ep̄atus nomē est opis et nō honoris vt supra dictum est. quapropter grego. in suo registro li. vij. ait qd sicut locus regiminis desideratibus est negandus: sic fugientibus est dandus ne quis sumat sibi bonorem. et ibidē lib. ix. Qui ambit aut se ingerit p̄cul: dubio repellēdus est: ideo qd nititur ad altiora ascendere. Congruit igit̄ vt in crescendo decreseat. et in ascendendo descēdat. Qui igitur eligitur dicat qd doceat et informet quod teneat. nam casum appetit qui ad summa loci fastigia postpositis gradib⁹ per abrupta querit ascensum. hec ille ideo isale vi. dicitur. Ecce ego mitto me. quasi dicat qd nullus debet ex se p̄sumere. ideo grego. in suo pastorali li. ij. ca. vij. Nullus inquit se extollat ex electione: sed magis se humillet. et bernard⁹ in epistola ad episcopoz senonenses. Noli inquit altum sapere: quia altū sapere difficile est: et omnino inusitatum. et quanto inusitatius tanto periculosius. Non ergo felicem se putet qui alijs preest. vnde augustinus epistola. lxxvi. P̄tere inq̄ vt cogites nichil esse hominibus in hac vita: et hoc tempore felicitus letus et acceptabilis episcopi aut p̄sbyteri aut diaconi officio. si tamen nō presumptuose aut adulatorie res agitur: sed nichil apud deū miserius.

tristius et dānabilius si male fiant.
¶ Ca. v. de moribus sacerdotū et alio-
rum ecclesiasticorum.



Sacerdotes dicti sunt
quasi sacra dantes. id est
sacra debent ducere
vita. iuxta illud isay
li. Mundamini quod fer-
tis vasa domini. quia in
presbyterii a sanctitate eis debita rece-
dunt: ideo iugo indebito deprimun-
tur. leui. xxi. dicitur quod sacerdotes san-
cti et immaculati esse debent. et qui
habeat maculam non debeat offerre
panes: ut si cecus vel claudus es-
set. Super quo grego. in suo pastora-
li li. ii. ca. xi. Cecus est inquit qui diui-
ne contemplationis lumen ignorat.
Claudus autem est qui vitam vite non
valet tenere. ideo apostolus ad roma-
nos. Monet abicere opera tenebrarum
et inducere arma lucis. Illi enim sacer-
dotes arma lucis induunt qui in virtu-
tibus perficiunt. nam teste hieronymo
epistola xxxij. Clericus dicitur a cleros
grece quod est fors latine. et propter
reavocantur clerici: quia de sorte do-
mini sunt aut quia dominus est fors
eorum scilicet possessio. Clericus igitur
talē se debet exhibere ut possideat
dominum et ipse possideat a domino hec il-
le. unde hugo li. ii. pre. lii. ca. lii. Si-
gnaculum inquit clericorum est corona
qua signatur clericus deputatus ad
officium dei seu ministerium cui seruire
regnare est. Nam corona regale des-
cus est quod non immerito dicitur. iuxta
illud prime petri. ii. regale sacerdotium
etc. Et ibidem subdit hugo quod ca-
pillis coma clerico in modum corone
tondetur et summus capitis de super de-

nudatur: ut per hoc detur intelligi quod
ad regiam potestatem assumitur: et ut
reuelata facie gloriam domini dei contem-
plet. hec ille. Quapropter clerici co-
mam nutrire prohibentur: ut patet de
creto di. xlii. Clerici comari. Ad solli-
citudinibus igitur temporalibus eximuntur
ne vanitatibus mentes eorum im-
pediantur. unde hieronymus episto-
la. xxxiiij. Negociatores inquit clerici
cum tanquam pestem fuge: quia nemo mi-
litans deo implicat se negociis secu-
laribus. et ideo de ipsomet hierony-
mus refert polycratus li. vii. ca. xiiij. qualiter
a mensa sua tres clericos exclusit
quia in compositis erant. Dicebat enim
viro honesto et graui non licere in ei-
us consortio aliquem in compositis habere.
In honestum igitur est aliquem se
clericum profiteri et vanis occupatio-
nibus detineri: ne de clericis verificetur
illud trenorum. liiij. qui nutriebantur
in croceis amplexati sunt sterco-
ra. Nunquid olim sacerdotes nazare-
orum ob vite continentiam caput ra-
debant et capillos in igne sacrificii po-
nebant: ut dicitur nume. vi. Illi enim
moraliter capillos radunt qui repos-
italia mente desquunt et tunc sacrificant
quando deo famulari disponunt. hec
enim omnia corona clericalis desig-
nat. Nunc tamen clerici suam voca-
tionem pretermittunt: et ideo in ubi-
ctiones plurimas incidunt: sed apud
egyptios sacerdotes omnia relique-
runt. et ideo eximi sicut dictum est apud
pharaonem muerunt. vii. hiero-
ad eustochium epistolam. lxxxliij. narrat quod
in egypto tria fuerunt genera mona-
chorum. scilicet cenobitarum qui in comuni
vivebant anachoritarum qui soli in desertis

habebant. et aliorum quorum genus dicebatur in lingua egyptia enuch: qui bini vel trini habitabant simul. Et de primis scilicet cenobitis loquens hieronymus dicit quod nullus in cibo erat strepitus: sed pane et leguminibus pascebantur solique senes vino utebantur. Illaque plurima laudabilia narrat philo. prout allegat hieronymus. De alijs vero scilicet anachoritis narrat iosephus quod acerbissimam vitam duxerunt. Clericorum igitur et signa ter religiosorum vacatio est ad diuinum cultum. et non ad mundanum occupamentum. unde anselmus li. ii. De similitudinibus narrat in somnis se uidisse angelum dei describentem sibi quis esset verus monachus. et perclaudit ibidem quod verus monachus est qui locum sue habitationis perpetuum eligit: in quo perpetuo habitare disponit. Sed nunquid lamentandum est quod viri ecclesiastici atque religiosi mundo se renouasse dicunt: et non cursum perualius maxime intendunt non attendentes verba beati bernardini quodam sermone dicentis: quod natus filius dei elegit pauperem domum et tenuit paupertatis formam. Huius igitur mundus vel deus fallitur et errat: sed diuinam impossibile est falli sapientiam. Melior est igitur status ille quem elegit. et ibidem bernardus in sermone de vigilia natalis domini. Quid inquit paupertate ditius: quid preciosius quam regnum celorum emitur et gratia acquiritur. vnde hiero. epistola. cxi. Epistolici inquit gloriantur quod omnia dimiserunt et secuti sunt saluatorem. Nunc autem viri ecclesiastici christum sequuntur ut munus accipiant aut ut liberi? sue desideria impia ad

impleant. veritatem math. v. dicitur. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. et mathei. xix. dicitur. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et sequere me. Mundo igitur ipso debet vir religiosus tanquam agricola suam aiam excollere: scilicet vitia extirpare: et virtutes inserere. unde apuleius lib. de deo socratis dicit quod sicut volens acute videre purgat oculum: sic desiderans in virtutibus proficere debet colere animum. Quapropter augustinus de verbis domini sermone. xij. Quid inquit prodest plena bonis archa inanis conscientia: bona vis habere et bonus esse non vis. Erubescere igitur debes de bonis iuris si domus tua plena est bonis et te malum habet. et ibidem concludit. Bona exteriora si possent contra peccatorem ad dominum clamarent iuxta illud abachuc. i. Lapis de pariete clamabit. Quid enim prodest stulto habere diuitias cum sapientiam emere non possit ecclesiastici. v. Non igitur diuitias sed sapientiam et virtutes acquiramus: ut eximi promereamur. et impropertis hominum non exponamur: iuxta prophetam dicentem. Nolite tangere christos meos. Et in prophetis meis nolite malignari.

¶ Ca. vi. de continentia virorum ecclesiasticorum.



¶ Viri ecclesiastici ad hoc deputati sunt: ut in castitate deo famulentur. Quale enim erit obsequium tuum: si mens tua polluta fuerit: aut quomodo sacrificium offeres deo si tua vita maculata extiterit? sit ergo vita tua

continēs et immaculata vt deo p te
et pro alijs placere possis. Sed vñ ē
q̄ ecclia tātis luxurijs inq̄nat. Quis
concubinaglia ita seminauit. Renera
estimo q̄ cōsortia cōiuta colloquia
cū mulieribus solita viros ecclesiasti
cos a cōtēplatione retardātes volu
ptate z lascīua corruptissīma infici
unt. Attendamus ei qd̄ dicat btero.
Gladus inquit igneus species mu
lieris. nam qui tangit pisces cōinquit
nabit ab ea. vnde augu. dicit q̄ asper
sermo atq̄ rigidus atq̄ breuis semp
cū mulieribus est habendus: q̄ mu
lier si audiat amicitia: tūc surgit vt
hostis demollitur hominē depreda
tur mentē: inclināt animū: atq̄ mē
tis statū effeminat: corpus eneruat:
bursaz euacuat: rōnez cōmaculat: p
rimuz scandalizat et deuz negligit.
vnde bernar. li. i. de contēptu mundi
sic inquit. Colloquiū mulieruz nō nī
si virus amarū. Prebens sub mellis
dulcedine pocula fellis. Nam decor
illaruz laqueus fallax animaruz. Il
laqueant stultos ducunt ad tartara
multos. vñ chrisostomus in sermo
ne de chanaanē dicit q̄ mulier est ca
put peccati: arma diaboli: expulsio
paradisi: corruptio legis a qua si ca
uere cupis fuge illaz q̄ vt serpens in
ficit et venenat. vnde in vitis patrū li.
ii. pte. iij. legitur qualiter sancta mu
lier monacho cuidāz moniales intru
entē dicebat. Si inquit monachus p
fectus esses nos ita non resperisses.
Ite ibidēz parte. ii. de arcenio abba
te legit q̄ cū mulier sibi postularē vt
in oratione haberet memoriā ei⁹. ip
se rēdit. Rogo inquit deū vt ipse au
ferat memoriāz tuam de corde meo

Item ibidē parte. iij. legitur de mu
liere sancta in monasterio egrotante
que nō pmisit vt frater suus eā vñsita
ret: ne ipsius occasione inter feminas
staret. vnde dicit ei. Glade frater ora
p me: q̄ xp̄o annuente videbo te in
regno celorum. Aug. li. de cura pro
mortuis agenda narrat de iohanne
nobili monacho qui habuit sp̄ritum
prophetio: qui cum videret mulieres
quasdam infectas esse vt ipsum videā
rent tunc dicit. Eamus vbi non est
mulier. Ex his ergo patz qualiter fu
gienda est libidinis occasio. Ideo apo
stolus ad romanos. viij. dicebat. Nō
estis in carne sed in sp̄ritu.

¶ Ca. vii. de moribus prelatorū.



Relati uices christi ge
runt. Dedec⁹ ergo ma
gnū est si cōtradican
t dñō a quo cōstituti sū
nō vt in terrenis inni
tat: s; vt bonis morib⁹
populuz dei cōstruāt. vñ hugo li. i. pa
te. viij. ca. xvij. dicit q̄ ep̄i vtunt⁹ san
daliz que sunt calciamenta prelatorū
ne terrenis polluant baculo vtuntur
vt rebelles corrigant qui recurū est
vt mītes retrahāt cōsolabiliter ornā
tur anulo: vt eccliaz sanctā sponsam
p̄fiteant. z ibidem cōcludit hugo q̄
vestimenta sacerdotum et prelatorū
virtutes eis debitas designant. tuni
ca mundiciā zona continentia stola
patientia casula charitatem et h̄mōi
Sed pro chdolor multi nunc nec vir
tutes habent: nec de subditis solliciti
tantur. iuxta illud zacherie. xi. Q̄ pa
stor et ydolum derelinquas gregem
vnde in tractatu de. xij. abusionibus
platus negligens numerat. Q̄ quan

ta abussio: quia se dicunt rectores: nec
 tñ regunt: sed de palibus tñ curam
 accipiunt contra exhortationes ber
 nardi li. iij. ad eugenium dicentis Me
 mento inquit saluatorem iudae eco
 nomus habuisse. Quid epō turpius
 q̄ incubere supel. ecclie et substantio
 re sue. omnia scisciteri de singulis mor
 deri de suspicionibus moueri ad que
 q̄ deperdita. Attendat enim platus
 qualiter phutiphar oibus traditis io
 seph: quid haberet in domo sua nesci
 uit: ut dicitur gen. xix. Alius igitur
 temporalia dissipet et tu de discipli
 na pvide: illud nemini tradas sed su
 per moribus manū vlciscensz adhi
 be. Et qd enim diutino cultui vñ de
 purantur si pre ceteris deo nō famu
 lantur. Unde exodi. xliij. Prouide
 tibi viros de omni plebe potentes z
 timentes deū. exēpio pharaonis qui
 noluit cōmittere pe cora nūstiris do
 ctis: ut patet gen. xl vij. Hunc tñ veri
 ficatur illud isa. iij. Dabo pueros pñ
 cipes eorū. naz prelati pueri sunt: qz
 nesciūz in experiri cōperit. Attēdat
 enim prelatus q̄ architector funda
 mentum pspicit: grandesq̄ lapides
 in fundamento ponere solet sicut fe
 cit salomō. iij. reg. v. Lapides. n. grā
 des viros virtuosos religiosos desti
 gnāt sup qbus ecclesia fūdata est. iux
 ta illd ad ephe. ij. Supedificati estis
 sup fundamētū apostolorū z ppheta
 rum. hi colūne erant: ut dicit ad ga
 lathas. ij. Hūc tñ ecclesie dict pōt illd
 isay. xlix. Cenerunt seruitores tui de
 struentes te. Merito igitur bernard.
 mirat li. iij. ad eugenium. Cur prelati
 tot inueniūt. quibus curā aiarum cō
 mittant: z tñ inuenire nolunt quibus

suas facultates in curam exhibeant.
 Verū tamen ars artū est regimē aia
 rum: ut ponit grego. in suo pastorali
 li. i. ca. i. Ad huius ergo regimē exer
 cendū sapiētia et virtutē habere q̄
 max. me necesse est. Fortassis autem
 aliqui ptermisso sapiēte studio solis
 facultatibus intendunt. Verū tamē
 teste apostolo. ad thimo. Oportz epi
 scopum non esse auarum.

¶ Ca. viij. de oratione faciēda: sic ut
 vnus oret pro alio.



Quid oratōe efficac
 us. Reuera nichil.
 vñ luce. xi. d. Si q̄s
 pseuerauerit pulās.
 z subditur. Surgetz
 dabit illiz ad thimo.
 ij. Volo inq̄t vos orare in oī loco le
 uātes puras manus. Tūc ei manus
 sunt pure qm cōsciētia munda: z tunc
 oratio magne est efficacie. vnde pñ
 me iohannis. iij. Si cor nostruz non
 reprehēderit nos fiduciam habem⁹
 qz quicquid petierimus accipiemus
 z iohā. xvi. Si quid petieritis patrē
 in noīe meo dabit vobis. vñ treno.
 iij. Leuemus corda cū manibus. sup
 quo greg. dicit q̄ ille cum corde ma
 nus leuat: qui orationē suam opibus
 roborat: qm virtus orationis est cel
 siusudo charitatis: ut dicit greg. lib. ij.
 sup euangelium omelia. vij. Nampe
 xpiani tanq̄ fratres orationibueret
 alijs munimētis spūalibus se debēt
 iuuare ne ab hoste dissipent. qm de
 bemus oīa ponere pro fratribus: ut
 dicit ioh. iij. Si eni vnus pro alio in
 tercesserit tūc cōgregatio christiano
 rum erit terribilis: ut castrorūacies
 ordinata. cant. vi. super quo grego

li. ij. super ezechiel. omel. vij. Tunc inquit acies est ordinata: quando in nullo est interrupta oratio: et quando per inimicitias locus non vacuatur locus non dissipatur. Nam si per charitatem fideles uniantur. tunc malignus hostis ingredi non valet. Cur enim voluit deus ut ex uno homine totum genus humanum diffunderetur: nisi quia vult quod omnes homines sibi adinuticem adhereant et uniantur ut inquit augustinus. xij. de ciuit. dei. capit. xxi. Nam charitas multos animos unum et multas corda unum facit: ut inquit idem augustinus super Iohannem omelia. lxxxiij. Nunc tamen hominum corda diuisa sunt: nec unus alteri succurrere curat: nec in temporalibus nec in spiritualibus subsidiis: quibus prima ioh. iij. dicitur. Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratres suos necessitatem habere et clausit viscera sua ab eo quomodo charitas dei manet cum illo: quasi dicat quod non: unde ad ephes. iij. supportantes inuicem in charitate. Illi enim in charitate se supportant qui corporis necessaria sibi inuicem exhibent et deuotis orationibus pro alienis delictis quantum in eis est deum mitigant. Legimus enim apud antiquos tantam fuisse erga proximos dilectionem quod pro salute proximorum non solum orare: immo etiam quaecumque flagella tolerare disponebant. unde in li. qui dicitur paradisus legitur de serapione qui alio nomine dicitur sindonius: quod se vendidit pagani precepto. xx. solidorum et eis seruauit donec ipsos ad legem christianam conuertit. Tunc quod igitur ab eis recederet pecuniam restituit. Illi autem suadebant ut pauper

ribus eam daret: sed ipse renuit dicens date eam vobis: quia non mea sed vestra est. De eodem etiam legitur quod manichei cuiusdam se vendidit cui seruauit et tandem eum conuertit. Si igitur proprium corpus pro salute proximorum veteres exposuerunt: nos merito et per amplius orationes impendere debemus. unde apostolus. ij. capitulum. vltima dicebat Ego libentissime impendat et superimpendar pro animabus vestris. Neque fas est ut aduertamus quoniam abraham ipse sollicitus fuit altare domino edificare: eiusque nomen inuocare: sic ut christianorum preces domino effundere sollicitus esse debet quoniam teste augustinus. epistola. xlvij. Oratio vitam beatam facit quam omnes appetunt. Quid enim aliud oportet orare nisi quod cupiunt omnes. et subdit. Oratio plus gemitibus quam sermonibus agit plus fletu quam affatu. Absit in oratione multa locutio: sed non desit serues intentio. unde ioh. xxxj. dicebat. Quis michi tribuat adiutorem: ut desiderium meum omnipotens audiat. super quo greg. xxiij. moralium. Vera postulatio non est in oris vocibus sed in cordis cogitationibus apud aures dei non faciunt verba sed desideria. Ideo de moysi exod. xliij. dicitur. Quicquid clamas ad me quasi dicat quod clamor nil prodest. Et de anna primi regum primo dicitur quod orabat et non loquebatur. unde mathei. vi. Intra cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum. nam in vitis patrum parte vltima legitur quod iulianus apostata misit quendam demonem ut portaret ei quoddam responsum: qui demon transiens per locum ibi erat probus monachus vlti-

terius trāsire nō potuit: eo q̄ dictus
monachus orabat: qđ cū audiuisset
iulianus dicto monacho cōminaba-
tur: sed ipse iulianus cito interēptus
est. Oratio igitur demonem vicit at-
q; superat. Debemus ergo sine inter-
missione orare et non deficere: vt in-
quit apostolus. j. ad thimoteum. v. z
prima petri. iij. dicitur. Vigilate in
oratione: et hoc in spiritu et veritate
¶ Ca. ix. de predicatoribus.



Predicatorū vocatio
veritas sit nō ppria cō-
moditas. Si ei p̄dicās
regnū dei ppria cōmo-
ditatē veritatē p̄ponat
sua p̄dicatōe parū p̄fi-

cere valebit. Veris autē verbi diuini
exclamatorib; ait dñs p̄ph̄az. Pre-
parabit veritas mea in eis. Hēpe li.
iij. historie tripartite ca. ij. dicit qđ cū p̄li-
mi p̄ disputatōis delectatōe traherē-
tur ad negociū fidei: vnus qđdē ex cō-
fessorib; laicis simplicē hñs sensus di-
alecticis obuiauit dicēs. Audite fr̄es
qm̄ artē dialecticā nō tradiderunt no-
bis xp̄us et ap̄li: nō vanā verborū sal-
laciā: s; purā sciētis fidei bonis op̄i-
bus obseruandā. Ipsos igit̄ imitādo
veritas est p̄dicāda. Insuper etiā ibidē
narrat qualiter senex qđdā veritatē sic
hortabatur cuidam p̄ho dicēs. O p̄he
audi dogmata veritatis. Un⁹ est cre-
etor oīz verbū eius quo creauit oīa
fili⁹ ei⁹ est. Hoc ergo si credis noli in-
uestigare studio ad cui⁹ verba p̄hus
mirabili qđaz virtute puerus est. vñ
psal. lxxv. Dabit ei dñs verbū euan-
gelizantib; virtute multa. Mā in via
laci cesarij legi qđ sp̄s sanct⁹ sermo-
nē suū disponebat: vt boīz p̄sciētias

sua p̄dicatōe puerteret. ex quo pōt
colligi qđ nō ex nobis: s; ex sp̄s sancto
i p̄dicatōe loqndū est. Insuper aug. vj.
cōfessio. de ip̄o narrat qđ ip̄o p̄dicāte
alippi⁹ intrauit: quo intrāte aug. p̄di-
care cepit valde mordaciter cōtra lu-
dos quosdā q̄bus alippi⁹ intē⁹ erat.
De ip̄o tñ alippi⁹ nullo mō cogita-
bat. z tñ alippi⁹ oīa p̄pter se dici cre-
debat. et subdit qđ alippi⁹ cōuersus ē
et usq; correctio augustin⁹ fuerit at-
tributa. z iō subdit aug. Per me inq̄t
lz me nesciente bene opatus es dñe.
Sic etiā de eodē aug. in ei⁹ vita nar-
rat quō ip̄o nō cogitāte deo tñ mi-
nistrāte cōtra errorem manicheorū in
mēsa sedēdo loquebat: ibiq; interfus-
it quidā qđ manicheus erat qđ post b̄s-
dū venit ad eū flens z cōfite⁹ se suis
se manichei quousq; audiuisset eū loq̄.
Pater igit̄ qualiter p̄dicatio a sp̄i-
ritu sancto ministrat z per ip̄m robo-
rat. Nūc autē plures p̄dicātes po-
t̄ in proprio ingenio q̄ in diuina in-
spiratōe cōfidūt nec veritatē curāt p̄-
mulgare: sed potius auditoribus cō-
placere volentes dulcia quedā p̄po-
nūt: ite qđ nō docent: cū tñ docere te-
neant. quib; oze. iij. Quid tu repul-
isti sciētis ego te repellā ne fungaris
mihi sacerdotio. Illi ei sciam ase re-
pellūt qđ veritatē p̄dicare negligūt. qđ
b⁹ greg. xxi. moral. sic ait. Tibiq; iure
fruct⁹ ecclie comedūt qđ eccliasitica cō-
moda ad vsu corporis accipiūt: z exhor-
tatōis miserili populo nō impēdūt.
Nos inq̄t pastores officii p̄conis su-
scipim⁹ et eccliasitica alimēta corpi
debita suscipimus z qđ subditōriū est
nō eis impēdimus qđ est cōtra illud
ezech. iij. Audies verbū ex ore meo

et annuntiabilis eis. ceterū grego. li. i.
omelia. ij. Prepositus iquit sine cul-
pa nō est quando verba vite sibi sub-
lectus pprius nō audiens ex sua cul-
pa moritur. Ille enim occidit qui ta-
cendo mori p̄sentit. Qui igit p̄est
si tacuerit reus mortis tot vicibus i-
uenitur quot p̄mittit hoies tacendo
duci ad moriez et ideo ibidē omelia
xviij. P̄ensemus inquit cuius domi-
natiois sit: sit sine labore laboris mer-
cedem p̄cipere. quasi dicat q̄ viuen-
tes ex bonis eccle ad veritatis p̄e-
dicationē debent insudare. Nam do-
ctrina sacerdotibus expectat vt so-
nant p̄cepta veteris legis: vt inquit
hierony. ep̄la. xliij. et ap̄lus ad titum
Oportet inquit ep̄m in doctrina esse
fideles vt potēs sit exhortari sana do-
ctrina. Ille enim potēs est qui nō so-
lum verbis sed etiam bone vite exē-
plo p̄dicat: qm̄ peccatori dicit de⁹
quare tu enarras iusticias meas: et al-
sumis testamentū meū per os tuum
q̄ scz p̄dicantes sermonē z efficacem
nō habent si op̄ibus verbis contradi-
cant. quapropter greg. moralū. xxx.
tunc inquit est sermo viuus et efficax
cum p̄dicato in vita pura sancta atq̄
p̄fect⁹ est sicut fuit stephan⁹. de quo
actū. ij. v. q̄ nō poterāt resistere sa-
plentie et sp̄ritui qui loquebat. Grez
li. x. ecclesiastice hystorie ca. xxx. legitur
q̄ cum sancti patres olim conuēnissent
ad p̄siliū nīcenū: ibi p̄h̄i disputatio-
nes et dubia movebant tantum q̄
maximū fuit spectaculū maximaq̄
cōgregatio audientū. nec poterat q̄-
daz p̄hus ibi existens ab aliquo con-
cludi: sed vt ostenderet deus q̄ nō in
sermone regit sed in virtute cō-

sistit quidam ex cōfessoribus simpli-
cissime nature vir et nichil aliud sciēs
nisi xpm̄ ih̄m et hunc crucifixū inter
ceteros auditores ep̄s aderat q̄ cum
vidisset p̄hm̄ insultantē nostris et cal-
lida se disputationes arte iactantem
poscit ab oibus locuz velle se poscē
cum p̄ho sermocinari. Tum vero no-
stri qui simplicitatē viri et ip̄eritiam
in sermone dūtaxat nouerant cepe-
runt pauerunt et velut pudorē quen-
dam pati ne forte apud callidos ho-
mines risui efficereēt sancta simplici-
tas. P̄stitit in̄ senior z hinc mouit
sermonis exordū. In nomine iquit
ih̄u xpi p̄he audi que vera sunt. De⁹
vnuus est qui fecit celum et terrā qui-
q̄ hominū quē de terre limo formas-
uerat sp̄m̄ dedit z vniuersa que vidē-
tur et que nō vident virtute verbi sui
creauit et sp̄s sui sanctificatione fir-
mauit hoc verbū ac sapientia quem
nos filiū dicimus humanos misera-
tus errores ex virgine nascitur. z per
passionē z mortis a p̄petua nos mor-
te liberauit: ac resurrectione sua eter-
nam nobis cōtulit vitam quē z expe-
ctamus iudicēz omniū que gerimus
esse venturū. Credis hec ita esse p̄he
At ille velut si nunq̄ vllum sermonē
cōtradicens didicisset ita obitupesa-
ctus virtute dictorum mutus ad oīa
hoc solum potuit respondere ita sibi
videri: nec aliud verum esse qua dixe-
rat itaq̄ ille qui a nullo cōstringi po-
terat p̄ humanam sciam a simplicissi-
mo viro cōclusus est. Ex quo patet
q̄ vite sanctitas z non intellectus in-
geniositas verbum p̄dicantis efficax
reddit ceterum eodē li. ca. ij. legitur
q̄ mulier quedam captiua fuit apud

gentem hibernorum que in sua captiuitate sanctissimam vitam ducebat. Accidit tamē vt adolescens quidam egrotaret cuius mater per singulas domos ibat remediū petens. Ad illā igitur captiuā cum venisset interrogauit an remediū pro suo filio sciret: que respondit qd aliud remediū nesciebat nisi qd christus in quem credebatur ipm sanare poterat. Oratione igitur fusa infantem sanum reddidit: cuius mater miraculum p totum regnum promulgauit. Regina igitur hoc audiens cum infirma esset ad predictam captiuam accessit et fusa oratione sanitatem accepit in nomine iesu christi. Quapropter regina christum verum deū esse suo marito omnibusqz nuntiant. Cumqz rex cōuerteret differret accidit vt in venatione in tenebris maximus esset. Christū igitur inuocauit dicens. O christe si deus es me nunc liberaz proinus luce clarescente liberatus et cōuersus est. Ecclesiam igitur edificari fecit z ad constantinū vt sacerdotes mitteret scripsit quod z fecit. Cumqz columna quedam ecclesie humana virtute eleuari non posset predicta captiua oratione impetrauit vt eleuaretur cūctis admirantibus. Ex hac ergo hystoria patet qd sanctitas vite pl^o facit ad conuersionem qm scientie ingenio sitas. vnde isay. xl. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas syon. Ille autem super montem ascendit qui in sanctis operib⁹ viuit. Ille enim euangelizat qui diuinum verbum predicat. vnde ezechielis primo. Speculatozem dedi te qui in alto conspicis.

Capitulu decimū de scholasticis.



Item omnia scire bonū sit: diuine tamē veritatē potissime intendendum est: quia nec fallit nec fallere pōt. Legimus enī gen. xvi. qualiter abraham ancillaz dñe subiecit. sic oēs humane sciētie diuino scrutinio debent ancillari. vnde augu. lib. ij. de doctrina christiana sic inquit. Homo quicquid extra sacra scripturam didicerit si noxium est: ibi damna si vtile ē ibi inuenitur. vnde idē epistola. iij. Nulle littere comparande sunt duobus preceptis dñi in quibus cōsars. Ibi enim phisica: qz deus est cā oīm naturarum. ibi ethica: qz nō nisi diligēdo deū vita bona famatur. ibi logica qd deus lumen est anime. ibi salus reipū. Quia nisi dñs custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam. Iō ipa sacra sapientia puer. viij. inquit. Audite qm de rebus magnis locutura sum et aperientur labia mea vt recte predicet. veritatē meditabitur guttur meum. Hec enī dat intellectus paruulis. vnde sapie. viij. Optauit inquit sapiam z datus est michi sensus inuocauit et dat⁹ est michi spūs sapientie. In hac autē sapientia teste hugo in didascalii parte. v. In pprio ingenio nō est pfidendum. qz potius oratione qm studio acquirūt. vñ mathel. xi. Abscondisti hec a sapientibus et prouidentibus. et reuelasti ea paruulis. vñ de cassianus in collationib⁹ patrum. Cupiens inquit ad noticiā scripturarum ptingere nequaquam debet suos labores cōmentariis impedere sed omnē industriam mentis z intentio

nem cordis erga emendationē virioꝝ
 detinere quibus expulsiſ scripturaz
 sacramenta contēplet sicut ab ocu-
 lo purificato colores cōcernunt. nar-
 rat etiaſ cassiodo. li. de insti. scriptu-
 rarum q̄ cū explanatōne cuiusdā q̄
 stionis inquireret septē diebus et no-
 ctibus in oratione perstitit quousq̄
 deo revelāte cognovit. Hmōt igitur
 sapie studiū bonis operibus. potissi-
 me exercetur. vnde hugo vbi supra.
 Bene inquit scripturaz studet q̄ ea q̄
 audit opere cōplet. vnde lib. ix. histo-
 rie tripartite de quodā abbate legi-
 tur q̄ cum audisset versum illuz psal.
 Dixi custodias vias meas. zc. Tunc
 ampli⁹ noluit audire dicens sibi suf-
 ficere si qđ audierat posset ad imple-
 re. vñ anno vite sue xlix. Interroga-
 tus si p̄dictuz versum didicisset et cō-
 plevisset: respondit q̄ vix cōplere po-
 tuerat. Non ergo in magnis difficul-
 tatibus sed in bonis operibus sacre
 scripture studiū versatur. vnde eccle-
 sia. lxxij. P̄le agētibus dedit deus
 sapiam. Quis enim tā stultus vt eū
 dicat sapientē cuius vita mala est dis-
 soluta et enormis. Omnis enī disso-
 lutio ex insipienter radice manat. Il-
 le igit sapiens putandus est qui sua
 opera sapiēter dirigēs ea facit que sa-
 pientē facere decet. Nam iste est fru-
 ctus vere phie scilicet bene loqui fm
 suum statū et psequēter bene vivere.
 vt dicit apuleius lib. de deo socratis
 vnde aristippus phus cuidam tyrā-
 no interroganti qđ studiū phie pfi-
 ceret sibi respondit. Ut inquit cū om-
 nibus hoībus secureq̄ itrepide sciā
 fabulari. Nam apostoli pplm del sic
 convertūt: q̄ vnūquēq̄ fm suum

statuz docuerūt: nunc dñs nunc ser-
 uis: nunc patribus: nunc filiis: nunc
 vxoribus veritatem suadētes. vnde
 ad ephe. v. Vtri diligite vxores ve-
 stras. et ibideſ. vi. Filij obedite parē-
 tibus serui obedite dñis p̄ia petri is.
 Serui subditi estote. et ibidem. xliij.
 Mulieres subdite sūt viris suis. et p̄i-
 ma iohā. ij. Scribo vobis patres scri-
 bo vobis adolescentes: scribo vobis
 infantes. Insup gentiles cōformiter
 fecerunt. vnde pompēus lib. viij. et
 pollicratens li. viij. ca. lliij. pariter nar-
 rant qualiter pithagoras audiens vz-
 bem crocomorum esse dissolutaz: ve-
 nit vt doceret: itaq̄ alio affatu vi-
 ros: alio quoq̄ matronas hortaba-
 tur vnicuiq̄ veritatem p̄dicans. Itē
 q̄ scdm statū diuersitatem leges e-
 mores descripsit. Ratione igit port
 ou diuini verbi p̄dicator animo valē-
 do veritatē debet detegere. S̄ pluri-
 mī in suis abditis p̄mis detrahūt:
 quorū peccata corrigere vbi fas est
 negligunt. ibi loquunt vbi tacendū
 nā eccle. xxxij. Vbi nō est audit⁹ non
 effundas sermonē. Cōgruit ergo lo-
 quendi tempus et locum explorare.
 vnde primo saturnaliū legi q̄ socra-
 tes orator grecus in cōuiuiō epistēs
 rogatus fuit vt de fonte sue eloquen-
 tie aliquid pponeret qui rennuit di-
 cens. Nichil inquit tam gratū phie si-
 cut locis et t̄pibus aptare sermones.
 vnde ecclesiasti. xi. Prudentie statura
 ponderabunt: q̄ scz loquendum est
 iuxta exigentiā locorum et psonarū
 valerius li. vi. ca. vlti. narrat de peno-
 crate. Qui cum gratis eloquiis mo-
 res abstrueret vidit quādam super-
 uenientē cuius crimina grandia erāt

et ideo materia de qua loquebatur
pretermisit ut peccata illius detesta
ri posset. ideo ecclesiasti. xxvij. dicitur
Cum viro irreligioso de sanctitate tra
cta et cum iniusto de iusticia. unde se
neca epistola. cl. dicit quod talis debet esse phi
losophus ut ad ipsum veniens semper aliquid
ferat et in aliquo melloretur. Post
igitur in verbo predicantis profectus
debeat haberi. quoniam sicut dicitur
ad corinthios. i. Sermo meus et predi
catio mea non est in persuasibilibus
humane scientie verbis: sed in divinis
eloquiis.

¶ Finit liber octavus.

¶ Incipit liber nonus qui est de sta
tu principum et nobilium et habet vi
ginti quatuor capitula: cuius primus
est de clementia principum.



Clementiam habere
debent principes maxi
me exemplo antiquorum
Narrat enim vale. lib.
viii. ca. primo de serulo
galba qui propter ho

miciidum mortis condemnatus erat.
et cum proximis mortis esse iudici di
xit. Meam inquit non recuso mortem
sed meos de serulo parvulos quos tibi
recomendo. Misericordias ergo ob
tinuit pietatis causa. Itaque innocentia ve
niam non impetravit: ubi pietas peri
culorum indulgenti fecit. Narrat etiam
de quodam. qui libidinis causa conde
natus erat: sed veniam impetravit.
eo quod suam impudicitiam sponte declara
vit. Beati igitur misericordes quoniam ipsi
misericordiam consequuntur. math. v. nar
rat etiam augustinus. viii. de ci. ca. x. de quo
dam cuius nomen ares qui mortis con
demnatus erat. et homicidii reus habebatur

iudicatus. th. xij. dicitur absolutus
est a sententia sex illorum. xij. deorum qui ve
nerant apud athenienses. quibus lex
erat quod si voces iudicum erant equales
tunc absolutio iusticie proponebatur. Si
igitur gentiles deum non cognoscentes
indulgere perstuduerunt: merito et po
tius christiani iudices hoc facere debent
ut scilicet potius indulgentiam quam rigorem
exerceant. Clerici tamen iudices plures
quod plures fautores vel ira seducti causas
subditorum non discutunt: sed cum rigo
re sue temeritatis subditos affligunt.
unde narrat augustinus. vi. confessio. ca. xi. De
alippo collega suo quod apud cartha
ginem fuit deprehensus de furto. Is
sine causa. accidit tamen diligenti discus
sione facta quod immunis invenitur est. et
innocens: puero quodam revelante quod
furum commiserat repressus est. et percludit
idem augustinus. Non arbitror enim altius ob
scure deum hoc permisisse nisi ut vir ille
scilicet alippus qui tantus futurus erat:
inciperet discere quod non de facili iudi
candus est homo. unde de seipso narrat
quod assistendo iudicio pretulit equita
tem cuicunque potestati iuxta preceptum
domini. exo. xxiij. Nec iudicio plurimorum
acquiesces: sed ut a vero venies. et ibi
idem. Non declinabis in iudicio pau
peris. unde levi. ix. Non iniuste iudi
cabis. et subdit. Noli facere iniquum
aliquid in iudicio. sed omnia in regula
pondere et mensura. ideo innotuit beatus
ambrosius. theodosio imperatori. ut ante
xxx. dies nullum condemnaret mortis: et
non ex libito nec ad libitum procedendi
est. nam et domino gen. xviii. dictum est quod
liter clamor sodomorum venit coram
eo: non tamen statim condemnantur: sed ait
descendam et videbo etc. q. scilicet cum me

gna deliberatione iudicandum est. et
 non cum irae vel furore. sapien. xli. Et
 tu cum tranquillitate iudicas. Ira qui-
 dem viri iusticiam dei non operatur
 iacobi pmo. unde seneca lib. j. de ira
 narrat de quodam iudice tyranno qua-
 liter tres milites innocentes propter
 iras suas condemnavit. Primum enim
 condemnavit: quia redierat sine suo con-
 militione seu socio: imponens ei quod il-
 lus interfecerat. Precepit ergo cui-
 dam militi ut eum duceret ad locum
 supplicij. Cumque tunc eum duceret ve-
 nit comilito seu socius eius qui ad sup-
 plicium ducebatur: et tunc ad iudicem
 rediit ut ille excusaretur: quod videns
 iudex iratus est: primoque militi dixit
 te iubeo interfici: quia semel condemna-
 tus es. secundo autem dixit: quia causa da-
 nationis tui comilitonis fuisti: simili-
 ter te iubeo interfici. tertio dixit et te
 iubeo occidi: qui iussus occidere pre-
 cepto non parvisti. ideo isidorus. li. iij. d.
 summo bono capi. xxv. Iudex iquit
 facundus examen iudicij intueri non
 valet: quia caligine furoris execat non
 videt. unde aug. epistola. xxxv. an fi-
 nez concludit dicens. Non debet in-
 quit iudex vendere iustum iudicium
 aut detestari verum iudicium licet ven-
 dat advocatus iustum patrociniolum
 et iuris peritus verum consilium. Illi
 enim inter utraque partes examinis
 adhibentur. Illi vero ex una parte
 consistit. Nichil ergo turpius nil sor-
 didius quam iudicium vendere: ut ponit
 aug. vij. confessionum. Nam iudicium
 si fiat ad pretium sordibus computa-
 tur: ut ait polycratus. v. li. ca. ij. quia cum
 iudex sit famulus iusticie. Si igitur
 iusticia vendit suam dominam precio

exponit. Verum tamen illud ioseph. li. iij.
 verificatur. Duellam inquit vendi-
 derunt vino ut biberent scilicet iusti-
 ciam: sed qui emit non letetur: ut dicitur
 ezechielis pmo: quia venditor et em-
 ptor peccant. Tales enim figurantur
 numeri. xli. in balaach qui corripit
 balaach muneribus et execat. unde
 petronius sic ait: Quid facit leges
 ubi sola pecunia regnat: aut ubi pau-
 pertas nullo iure vincere potest. Ita
 igitur iudicium nichil est nisi publica
 merces. Quapropter tullius li. liij. of-
 ficiozum dixit quod a maioribus hoc ac-
 ceptimus: ut contra iusticia nullum aga-
 mus. maiores enim predecessores vo-
 cantur. unde Agellius lib. v. de ima-
 gine iusticie narrat qualiter crisippus
 os et oculos iusticie vultumque severum
 depinxit: verbaque veneranda colo-
 ravit. et sequitur. Forma virginis a-
 spectu vehementi sine formidine eam
 intronizavit: quia scilicet iudices for-
 midare non debent quin iusticia ag-
 gant. nam valerius. lib. vi. cap. liij. de
 cambise narrat qualiter fuit per eum
 iudex quidam excoletus eo quod nul-
 lam iusticiam fecerat et super eius pel-
 lem filium eius tanquam iudicem sedes-
 re iussit. Facienda est ergo iusticia ad-
 mixta. tamen decenti pietate sicut io-
 seph fecisse legitur.

¶ Capitulum secundum de bonis
 principibus.



Principes sunt constitu-
 ti ut populum foveant et
 protegant. vnde moyses
 orabat ut deus provi-
 deret hominibus super multi-
 tudinem populi qui pos-
 set exire et intrare ante eos: ut dicitur
 qij

numeri xxxviij. Olim enim nō genealogia sed merita eos sublimabāt: qz bonis et nō rātū generosis principatus debet. Nam quintius cum proprijs manibus coleret terras factus fuit cōsul: itaqz ab aratro vocatus est ad dñi. n. et cum suo consilio victoria adeptus fuisset: ad pristinam paupertatem reuersus est: vt narrat augu. v. de ciui. del. viij. Non igitur dominādi ambitio sed succurrendi atqz regēdi auiditas principibus adherere debet. vnde valerius li. iij. ca. iij. de attilio narrat. qualiter ab aratro vocatus est ad imperium romani populi suscipiēdum. et ideo de tempore illo dicit qz patrie rez vnusquisqz nō suaz augerepperabat: pauperqz in diuite impio qz diues in paupere cōuersari malebat. vñ soli li. v. ca. iij. loquēdo de populo cuiusdaz insule. Popul⁹ inqz elegit spectatū moribus et inueteratum clemētia. Nam de regibus israel dictum est: reges israel clementes sunt. Nunquid ioseph clemens extitit. Nunqd tñ qui dominant tyrant sunt z sue fortitudini dñsa q obtinēt nō deo ascribūt: nichilomin⁹ ois prās a dño deo est: vt dicitur ad romanos. xliij. z iob. xix. dicit. Nō haberes in me potestatem nisi tibi datum desuper. Sed nunc verificatur illud osee. viij. Ipsi regnauerūt z nō ex me principes extiterunt scilz mali quorum tñ. dominia diuine ordinaz tñōt nō sunt imputāda sed subditaz prauitatis iuxta illud iob. xxxiij. Ipe enī pugnare facit hoīem hypocritā ppter peccata ppli. z osee. xliij. Da bō tibi reges in furore meo. Si ergo nunc populus peccat nō mirū si pñ-

ceps impius regnat. Nam pñces impij sunt qui cū fouere debent tantummodo rapiūt: muneribusqz iusticiam peruertunt: z qui positi sunt in defensam ppli ipsi offensam inferūt. cuius oppositū romanos nobiles fecisse legitimus: vt narrat pompeius libro xviij. qz cum tñneas romā fuisset missus a pyrrho vt paces cōfirmaret grandia munera secū detulit: sed suscipere volentē neminē inuenit. vñ d romani iudices ostia clauderant ne cum muneribus quis intrare posset. Similia etiaz narrat valerius li. iij. ca. iij. z li. viij. c. v. de pyrrho qualiter partem agri z cōsensu omniū sibi oblatam refutauit dicēs. Virtutis gloriam magisitudine pde minui. Sed quid dicemus. naz teste seneca epila. xviij. Reges partos nō poterat quis salutare sine munere. z iñ ecclesiastici. xx. dicit. Quoniam encensaz dona excant oculos iudiciū. ideo propheta iquit. Qui munera super innocentēz nō accepit semper habitabit in tabernaculo tuo. vnde grego. moralium. ix. Tres sunt inquit acceptiones munerum ad quas ex fraude festinatur. Nam accipit solet a corde gratia ab ore gloria a manu pecunia a quibus iustus debet excutere manus. z idēz in registro libro. ij. Encensa iquit vestre sanctitatis accipere noluit: qz in congruum est a pauperibus quicqz accipere. vnde salustius narrat qualiter roma in cupiditatem versa est: z ideo ipsaz cito perituram nūclauit de qua iuuenalis. Omnia inquit roma cum precio fiunt. Attendant igitur principes: vt nō ppliam commo ditatem: sed reipublice vtilitatem in-

tendat: quod teste augustino super matheum. x. Steriles olim ob amore respublice filijs proprijs non pepercerunt.

¶ Ca. liij. de misericordia et pietate principum.



Cum principibus sit commissus vniuersi regimen expedit ut membrorum defectibus cōparti discant. alijs ei res publica diuturna

esse non potest. vñ oul. li. de tristibus. Si quotiens peccat homines sua fulmina mittat: iuppiter ex alto cito inermis erit. quod verba sonant principem debere misereri. vñ et veteres clementes extiterunt. Narrat enim valerius lib. v. cap. primo. quod marcus marcellus hostes suos syracusanos cepit inter quos fuit vnus qui erat diuissimus quē in tuens marcus et considerans suū infortunium a lachrymis abstinere non potuit. Narrat etiā qualiter cesar aspiciens caput pompeii inimici sui lachrymas dedit. vñ sene. Magnarū virū est offensam negligere. et boet. Maximum genus vindicte est posse vlti scilicet. nam sufficit posse. Item valerius vbi supra narrat qualiter cesar audita morte cathonis emuli sui doluit patrimonium suū liberis incolume reseruauit ipsosque fouit et prexit. Hoc etiā recitat aug. v. de ciui. dei. ca. ix. vñ de virgilio in. vi. li. enei. Tu regere imperio populos romane memēto. Parcere subiectis et debellare superbos. et alibi. Sit piger ad penas princeps ad premia veloc. vñ de solinus de cesare dicit quod clementia potius quam armis vicit. Item valerius li. v. de alexandro narrat: qualiter videns in suo exercitu milites antiquū frigoris

tempestate afflictum sibi compassus proprijs manibus eum accepit de sua sede sublimi descendens et in sua sede eum posuit. et ideo iacobus in sua canonica ait. Iudicium fiet sine misericordia illis qui non faciunt misericordiam. vñ de veteres clementes extiterunt: quia sicut narrat valerius lib. v. ca. primo. Marcus marcellus clementissimus fuit. Nam cum multos syracusanos captiuos haberet ipsosque afflictos videret flere cepit pre nimia cordis tristitia quā habebat de eorum infortunio. Insuper virgilius libro. vi. eneidis narrat quod enee piissimus fuit sic dicens. Tu regere imperio populos romane memēto hec tibi artes erūt: pacisque imponere morem parcere subiectis et debellare superbos. Item in hystoria troianorū legitur quod titus tante clementie erat quod omnibus prodesse cupiebat: nulli quod nocere studebat. Item valerius libro. v. ca. primo recitat quod pompeius regem armenie cum cepisset quod tamen contra romanos multa mala gesserat: ac etiam mitridatem romanis infestissimum suis viribus proteperat ipm regem armenie nichilominus benignie suscepit: et diadema quod de capite suo abiecerat ei imposuit atque in pristinam fortunam restituit: iudicans eque pulchrum esse reges facere sicut vincere. Quapropter sene. i. clementia ca. v. dicebat. Nulla res magis quam clementiam principes habere decet. vñ de libro eodem cap. v. narrat de quodam qui diebus cunctis vite sue semper studuerat qualiter de hostibus suis vindictam habere posset. cumque tamen contigisset se

mel q̄ hostem vincere non poterat a sua vxore consilium petijt quid facturus esset. Ipsa autem respōdit q̄ more medicorum facere deberet. nā medici experti dum vident q̄ vna medela non proficit aliam contrariam tribuunt. Sic pariter ipsa dicebat viro suo q̄ diceret vt temptaret si clemētia sibi proficere posset. ex quo vindictaz exercere non poterat. Nichil inquit cum crudelitate bucusq̄ profecisti: nūc igitur tempta quomodo cedat tibi clementia. His igitur dictis vir ille gaudius fuit z leto animo inimico suo pepercit quem exinde amicum suum fidelissimum inuenit. Patet ergo q̄ vtilior est clementia crudelitate. Nam inimicum vincere si laudabile est. laudabilius tamen est sine inimico viuere maximeq̄ est inimico indulgere. Ideo concludit ipe seneca libro preallegato cap. x. q̄ licet apes aculeum habeant. Rex tamen aculeo caret. Clementia igitur virtus est que principi debetur. ideo christus luce. vi. dicit. Estote misericordes sicut pater vester celestis misericors est. Tradit enim polycratus libro. v. cap. vi. q̄ plato sive discipulis sepius dicebat. Cum inquit potestas fuit in subiectos: idem est ac si pupillum tutor persequatur. Sicut ergo tutor erga pupillum esse debet clemens: sic viri cuiusdam potestatis debent proximorum fauere iuri. Naturale enim est vt animal quod est potentius etiam sit clementius. Nam catulus ab hīmulo nūc patitur: leo etiam homini pstrato indulget. Unde vegetius libro. iij. cap. iij. narrat q̄ philippus muliercule cuida paup-

cule tantum misertus fuit q̄ licet ipsa verbis euz offendisset: nichilominus de facultatib⁹ suis secretissimis eam recreauit. Quāobrem multum rationabiliter seneca p̄mu de clemētia. iij. ca. ad clemētiā hortatur dicens. Libet vt clemēs sit: qui vult deos sibi eē clemētes: vt talis sit vnusq̄ q̄ quales vult sibi esse deos.

¶ Ca. iij. quomodo principes debēt colere deum et ecclesiam.



Sicut narrat in hystoria tripartita li. j. Constantinus factus christianus cultū diuinū tantūz dilexit q̄ tabernaculūz ad instar ecclesie factum secū deferri iubebat. Cur sacerdotes z ministri ecclesie assistebāt: p̄cibusq̄ intēdebāt: romano rī quoq̄ diuerse cohortes eius exēplo similiter fecerunt. Clarū tñ dicit p̄m diuersas opiniones elegerūt. vñ sacerdotes z diaconi dñe dñicā coluerunt. Alij vero feriā sextā pretulerūt q̄ in ea domin⁹ passus est. vñ apud romanos feriā sextā prius celebrabatur: nec rationabilis causa hoc caruit: q̄ sicut narratur vbi supra constantinus in virtute crucis multas victorias obtinuit. Nam cum prellaturus esset quasi in somno constitutus vidit signum crucis in celo angelosq̄ dicentes. O constantine in hoc vices: et ex tunc signum crucis fuit p̄ferri ante se tanq̄ vexillum signūz victoriat. hoc etiam habetur libro. ix. ecclesiastice hystorie ca. xix. vbi dicit q̄ in dextera sua gerebat signūz crucis ex auro factum. Non mirūz ergo si romani feriā sextāz anteq̄ diem

dominica dñi coluerunt. Quia ta-
men in resurrectione cōsuminatio fa-
cta fuit nostre redemptionis. ideo ec-
clesia dñem dominicā colenda ordi-
navit. Nec tamen illi colunt qui toti
insistunt seu qui octo torpent: sed illi
tñ qui bonis operibus orationibus
q̄ insistunt. Posco igitur ut attenda-
mus quāto studio predecessores no-
stri dies celebres coluerunt. Narra-
tur enī in hystoria tripartita li. x. q̄
theodosius apud thessalonicā clu-
ratem fere septēmillia hoīm iussit oc-
cidere q̄ indignatus erat: quia suos
quosdam iudices lapidauerant. hoc
tñ pacto ad mediolanū regrediens
ecclesiā ingredi voluit: cui occurrent
de foris beatus ambrosius ip̄s ingre-
di nō pmissit dicēs: nō licere tante ne-
cis actorem ad sacra limina ingredi.
vñ sic eū alloquebat. O imperator
attende q̄ dñs vnus est rex omniū &
creator: quibus igitur oculis aspici-
es dñi templū aut quibus pedibus
calcabis sanctū illius paup̄mētū qua-
liter manus extendes de quibus san-
guis iustus adhuc stillet. Quomo-
do his manibus sanctū domini cor-
p̄s suscipies. vñde subdit. Forte em̄
recognitionem peccati prohibet po-
testas imperij. decet tamē ut ratio vi-
eat potestatem. Recede igitur tuam
q̄ nō queras augere iniquitatē. His
igitur sermonibus obediens flendo
ad regalia remeavit: cūq̄ tamē octo
mensibus ecclie ingressu priuatus fu-
isset: diesq̄ natiuitatis saluatoris p̄-
p̄nqua esset: tunc theodosius lachry-
mis et gemitibus feruentissime luge-
bat dolens q̄ tante diei cultus assiste-
re non valebat: sed cū tantas lachry-

mas vidisset rufinus sue militie prin-
ceps causam tanti gemitus inq̄sivit:
cui theodosius. Tu inquit rufine lu-
ges et ego lamento. Nam meis ser-
uis templa aperta sunt: me autē ex-
orante ingredi prohibetur. Rufinus
autē apud ambrosiū se exhibuit inter-
cessores s̄ nil obtinuit. Theodosius
autē lachrymis et precibus sibi ventā
dari meruit: & in cunctis tanq̄ filius
ecclesie sponte obediuit. Ex hac igit̄
hystoria discat fidelis q̄tum fuit in
theodosio cultus dñi desiderij q̄-
tum diē celebrem venerari petiuit q̄
te obediēte extiterit. & ideo dñs il-
li benedixit: & in dei virtute inimicos
suos superauit: vt narrat vbi supra.
ca. xxvj. Decet igit̄ principes deū &
eccliaz colere. Nam veteres cuq̄ om-
ni genere musicorū deos suos cole-
bant. qui tamē dñi inualidi nulliusq̄
potestatis erant. Porius igitur deū
verū tenemur venerari. Narrat enī
valerius libro. iij. capitu. iij. q̄ alexan-
dro sacrificāte astabat ei vñ turribus
latus in cuius brachio cerbo ardēs
delapsus est quo et si ita vrebatur:
vt adusti corporis eius odor ad cir-
cūstantium nares perueniret: tamē
et dolorem silentio premit et brachi-
um immobile tenuit ne sacrificij a-
lexandri aut concusso turbulo impe-
diretur: aut edicto gemitu regias as-
pergeret aures. Ecce quātas zelus
ad dñum cultus. Attendamus in-
super qualiter dauid licet occuparetur.
xij. regnis. Nichilominus tamē
septies ī die laudes deo refundebat
vñ dicit in psalmo. Septies ī die
laudes dixi tibi super iudicia iusticie
tue. Item refert cassianus de be. 32.

tonio: qualiter tota nocte orabat et cum soli oriretur mane dicebat. Sol cur me impedis ab huius veri luminis charitate. nam tota nocte in contemplatione steterat. Item de beato ensebno legitur qualiter a vesperis sab battisq; ad solis ortum diei dominice immobiliter manibus extensis permanebat. Ex quibus omnibus concluditur qd diuino cultui insistendus est maxime cum beneficia suscepim. Unde gregorius in omelia. Cum inquit augentur dona rationes etiam crescunt donorum. Tanto igitur humilior et ad seruendum deo promissior quisq; debet esse ex munere: qd to se obligatorem esse conspiciat in reddenda ratione.

¶ La. v. de moribus principum.



Nobles sic nuncupari non merentur: nisi bonis et honestis moribus flozeant: qz teste cassiodoro. epistola ix. Decet quęq; honorem quę gerit nomine moribus exhibere. vnde tul. philip prima. Elos nobiles quidē spectare decet non pecuniā neq; opes violentas sed charitatē ciuium et gloriam concupiscit: qz teste cassiodoro. epistola. iij. Conuentus sapientium dignitas est imperantium. Erubescant igitur temporis huius nobiles quibus mos est ex sua nobilitate peccandi suscipere audaciam: vanāq; lactantiaz ex suis parentibus promulgant eo tamē pacto quo parentes eorum suauirtute nobilitatē ineperunt: eo pacto isti suauitiositate nobilitatem terminauerūt. Expediit. n. teste sidonio in suo eplari li. v. Nobilē eē sine

supbia sine inuidia potentē sine superstitione religiosum sine lactantia literatum. Hunc aut filij nobiles septant qui fastum suis incessibus monstrant: habent enī calceos acutos ut ingressibus ambulare discant ferunt dextro chertā armillas et ornamenta et vestiuū varietatē atq; diuersitatem excogitant. Non sunt tamē arguendi ex honestate sed ex pompositate. Cur enim diuina obtinent. nisi ut regant: sed regere quomodo poterunt si seipsos regere nequeant. Dicit enim socrates qd qui multarum rerum potest habet primū purgare cōsciētia debet. Similitū est entz ut impare quis velit alijs cū ipse sibi imperare nō possit et subdit. Age sic alienuz ut tuū non oblitiscaris negociuz: nulliq; imponas qd ipse pati nō possis hoc exhibe quod tibi optaueris exhiberi: si bene egeris ipse tibi persone auctoritate dabit. Quomodo igit dicuntur isti principes quorum potius superbia qz patientia regnat: nec curant leges obseruare: quibus alios astringunt. Impiuz enim necant stuprant rapiunt adulterant et similia facientes anathematizant. vnde cartho ait. Patere legem quā tu ipse tuleris. Si enī attēdit princeps qualis eius vocatio fuerit peccare veretur cū si datus populo nō tū in dominium sed etiā in exemplum. nam te iste sene. Principem peccare non decet cū possit. preterqz nō solū manū et linguaz sed etiā oculos continere debet. vnde galierus alexandridos li. vi. Maestas regia magni ponderis esse solent. et ouidius. Illi tristius. Qui nobis generosis flores exu-

peras ac morum notabile genus. Ad
uertant igitur principes et nobilita-
tem moribus exponant: ut etiā poti⁹
virtutibus q̄ pompis intendāt. Nā
superbia reges plurimos seduxit: et
forsan adhuc captiuat. Plures nam
q̄ sunt qui tāto rumore supbiunt q̄
suis subditis loqui dedignantur. tur-
peq̄ putant populatibus exhibere
colloquium. Narrat tñ vale. li. iij. q̄
publius valeri⁹ consul romanus adeo
maiestatē ppli romani veneratus ē:
ut merito publicola cognouit sit.
et eutropius refert q̄ cum vulpius ab
amicis redargueret eo q̄ nimis cōis
esset: respōdit egregie dicens talē im-
peratōrē debere de priuatis qualem
sibi imperatorem priuatus optasset:
q̄ igitur quilibet imperatorem op-
tat sibi propicius: ideo debet ipse sub-
ditis propicius et cōmunis esse.

¶ La. vi. de virtutibus principum.



Princeps est ocul⁹ pre-
bis q̄tagiolus si fue-
rit mor inficit. vñ sta-
tus in thebatō regna
porro cū scelere oib⁹
extilis sunt grauiora.
vñ q̄ntil. cā. iij. Nec est inquit suploz
cōditio: ut quicq̄d faciunt p̄cipere vi-
deantur: et boe. iij. de conso. impante
nequitia. Virtus nō solū premio ca-
ret. verū etiam sceleratorū pedibus
subiecta calcā. et ovidi. x. j. de fastis.
Sic agi cēsurā et sic exempla parā-
tur. Cū iudex alios q̄d monet ipse fa-
cit. et li. ij. sine titulo. Quod decuit re-
ges cur michi turpe putē. et iuvena.
li. ii. Omne animi virtutū tanto cōspe-
ctus in se crīmē h̄z q̄to maior q̄ pec-
cat habet. vñ in puer sapientis dicitur

q̄ inferior horrescit quicq̄d peccat su-
perior. et claud. an⁹ in maiorū. In cō-
mune iubes si quid cēsesq̄ tenēdum
Prius iussa sibi tunc obseruantior
equi: Sit popul⁹ nec ferre negat cum
viderit ipm. Actores parez sibi com-
ponitur orbis. Regis ad exemplum
nec sic inflectere sensus. Humanos
edicta valent quā vita regentis. Mo-
bile mutat semper cū p̄ncipe vulgus
His igit testimonijis clare apparet
periculosissima in p̄ncipibus scelera
fore. Eorū enī exēplo populus de-
linquit. vñ cassio. ep̄la. iij. dicit. Sub
iudice bono pplm corrigi. Porro in-
quit facilis recti p̄suasor est innocēs
iudex: sub cuius predicabili p̄uersati-
one putet mores p̄bables nō habere.
Sed p̄chde loz sicut planeta plas-
netarū scilz sol eclipsat: sic in p̄nci-
pibus lumē honestatis rarissime cer-
nitur. vñ seneca in agamēnone. Non
intrat regnū lumen aut fides sed pre-
cio vincitur. et ovidius li. sine titulo.
Cura paupibus clausa est dat cēsus
honores. Inde grauis iudex: inde se-
uerus eques. Idem de fastis. vi. Re-
gia res scelus est. et idē i epistolis dī-
cit. Impat heu pplis timide non im-
perat ire. Possidet et virtus regna mi-
nora suis: q̄bus verbis innuit regna
delictis esse subiecta. et quāq̄ in p̄n-
cipe omne virtutū sit graue: quedam in
alijs grauiora sunt: q̄ teste tul. li. ij. dī-
offi. Nulluz virtutū est deterius auari-
tia p̄sertim in p̄ncipibus et rem-
publicā gubernātib⁹. Habere enīz
questus rēpublicam non solū turpe:
sed etiam sceleratum et nefarium est.
Rursus in p̄ncipe auiditas festina
tag p̄cepto nocet. vñ de suetoni⁹

li. ij. de. xij. cesaribus angustum redar-
 guit: eo qd nll melius festinatione ar-
 bitratus est. vnde salustius in iugur-
 thino. Animi cupiditas pmune nobi-
 litatis malum est. Ceteruz turpis a-
 mor principi minime congruit. vnd
 fulgentius lib. ij. mitologi arsi. qbus
 oibus libidinis amor turpis sit. non
 q tamē deterior q in honorato. naz
 iuppiter in cignuz cōuersus cuz leda
 cōcubuit que peperit ouis. vnde tres
 nati sunt. scz castor: pollux: et helena.
 Mōine enim iouis principes intel-
 liguntur et leda a ledendo dicit: im-
 mundiciā q designat. Omnis igitur
 pncipatus libidine maculat. vnde fe-
 runt poete in huius rei testimonium
 cignuz esse plenū cōuictis: ipso quo-
 q clamāte aues tacent. helena etiaz
 discordie seminariuz fuit. Et castor
 mali exēpluz nuncupatur. Pollux
 vero a prodendo dicitur. Itaq ois
 mali libido occasio est. Rursus prin-
 cipi summe impatiētia nocet. vñ sta-
 tius in thebaidos pmo. Gentiles
 subiit fragor inuidia atq parēs odij
 metus. Sed nec ob hoc his vitiis p-
 libatis vt cōmuniter principes scele-
 rantur. Nam auaritia libidine impa-
 tientiaq molestant. vnd petronius
 Tlenalis populus venalis curia pri-
 mum. Itaq quo q maiestas auro cor-
 rupta iacebit. Unde autem hec pro-
 cedant vitia inquiramus. Timendū
 est enim ne prauorū societas ad pra-
 uitatem eos inclinet. Aliqui etenim
 satellites peccatisq plenī principes
 sectantur. vt placendo dntentur. In
 hoc autē placere student quod crimi-
 na suadent. Nī comparantur anima-
 libus querentibus non hominez: sed

predam. iuxta illud sene. de remedio
 fortuitorum. Melius se sequuntur
 cadauera lupi frumēta formice. Ista
 turba predam sequitur non hominē.
 Nempe familiares regum ipsos se-
 plus euertunt. iuxta illud hoetij. ij. s
 cōsolatione. Regum familiares regi-
 am potestatem sepius prosternunt:
 vnde varro in suis sententijs. Amici
 inquit diuitum palee sunt.

¶ Capitulum septimum de patien-
 tia et clementia principum.



Quanto quis in gra-
 du est sublimior: tā-
 to ad misericordiā et
 clementiam existere
 debz promptior. vñ
 seneca li. j. de clemē-

tia ad neronem. Nullū inquit ex om-
 nibus malis q clementia regē aut
 principem decet. Apes enim acule-
 um habent: sed rex apum aculeo ca-
 ret. Saluum regem clementia in ap-
 to monstrabit. vnde et inexpugnabi-
 le munimentū est amor ciuili. Quid
 inquit pulchri⁹ est q vñere cunctis
 optantib⁹ paces. Verecūdiā etiā pec-
 cādi facit ipa clemētia regēis. Nec
 min⁹ principi turpia sunt multa sup-
 plicia q medico mltā vulnera remis-
 sūq impareti meli⁹ parez. Natura
 enī cōtumax est et facilius ducitur q
 artap. Attēdat pnceps igitur vt de-
 mēs ciuib⁹ sit nec recuset misereri ip-
 se: q ventia indigere pōt. Nā tesse nul-
 lo li. pmo de offi. Nichil est laudabi-
 lius: nichilq digni⁹ placabilitate et
 clementia que tamē ita probāda est
 vt adhibeat rei publicē. sera seueritas:
 sine qua ciuitas administrari nō pōt
 et idem tullius philip. ij. Presidium

inquit charitate et benivolentia cluui
oportet esse sepius non armis. Discat
igitur milites reges et principes mi
sereri et iracundie veneno non intume
scant. Ipsi nempe mestos debent con
solari. Periculum ergo est si eorum.
iracundia alios prouocet. Nam si tur
bationis occasiones habeant posco
ut differant iuxta illud galteri alexa
libro primo. Undicita differ donec
pertranseat ira nec meminisse velis
odij post verbera. Nam teste ouidio
lij. tristum. Quanto quis maior tan
to placabilis ire. Et faciles motus
mens generosa capit. itaque ignobili
tatis signus est sepe irasci. Et de dif
ficili recte iudicat ipse cuius mentes
ira possidet. Unde tullius libro primo
de officiis. Nunquam inquit qui iratus
ad puniendum accedit medio critate
illam tenebit que est inter nimum et
parum. Ideo seneca in troiade. Quo
inquit plura possis plura paciter fe
ras. et li. primo de clementia idem sene
ca. Rex lesus animum in potestate ha
beat: longeque sit exorabilior in suis i
uris quam in alienis. Nam quemadmo
dum magni animi non est qui de alie
no liberalis est: sed qui quod alteri do
nat sibi detrahit: ita clementem eum co
facit alieni doloris tolerantia sed pro
rimorum stimulos patietia: magni
que animi est intus in summa pote
tia pati: nec quicquam gloriosus est prin
cipe impune leso. unde galterus in a
lexandreidos li. primo. Instabile est re
gnum quod non clementia firmat. Int
maduertant queso domini et principes
homines ipsos esse: nec etiam principa
tus propriam naturam abstulit: cuius
est misereri et fratri primo indulgere

unde terentius in adel. ut homo es.
ita mores geras: nam teste claudia
no in maior. Si pius in primis: nam
eum vincamur in omni. Sola deos
equat clementia nobis. Pax maio
ra decet peragat tranquilla potestas
quod violenta nequit. et subdit. Nun
quam libertas gratior existat quam sub re
ge pio. unde quintus curtius lib. vi.
Regum ducumque clementia non in ipso
rum numero est que communia sunt sed
ingeniositatem mentisque valitudines
insinuat. His igitur testimoniis cla
re deducit clementiam principum maxi
me congrue qua talis sit: ut nec iusti
cie deroget: nec fauore signatur sed
clementie superbia detrahit que quo
randam principum corda sic detinet:
ut miserere clementiam exhibere no
lunt: sed offensi: mox interimere omnes
cupiunt sibi similes in natura homi
nes et primos virtutibus forsitan et
celebriores. Huius autem superbie at
que pietatis nuntius est ambitio: quod mul
ti solia sibi non debita usurpare presum
pserunt: eodemque pacto quo superbia
eos intrinsecauit imple pariter regna
re facti. Ceterum tamen principatus non
debet ambitione obstinere aut super
bia possideri. unde galterus in alexan
li. viij. Turbus est non ascendere quam post
ascensum regredi. Ceteros enim sa
pientes principatum potius recusa
runt quam ambierunt. unde refert sene
lij. de benefi. quod cum antigonus hos
tem sui patris superasset. nichilomi
nus prelium belli ad patrem transu
lit et subdit. Hoc est regnum nolle re
gnare cum possis. unde vale. li. iij. c.
primo. refert fabium officium consulatus
pro filio suo recusasse: multis tamen de

precantibus. et lib. vi. ca. llii. refert de
manilio similem hystoriam qui cō-
sulari recusādo inq̃t. nā si me gerere
eū cogeritis nec ego mores vestros
ferre poterō: nec vos imperium meū
perpeti poteritis. Non sic tñ his rē-
poribus homines principatū recu-
sant sed audissime querūt: eiusq̃ oc-
cassione superbūt et superbe regnāt:
atq̃ sine clementia principātur.

¶ Ca. viii. de ludis principum.



Principes subditorū
sunt exēplar. Ideo si
ludorū vanitatibus in-
tendant si ludorum in-
eptorū enormitates.
ad inuenire studeāt sp-
sorum porro familiares atq̃ subditi
consimilibus occupationibus facili-
ter occupabūtur. et se putabunt vīue-
re sane quādo ea faciēt que suos do-
minos facere viderunt. Quis taxil-
lorū aut alearū ludos ita magnifica-
uit. Principes et dñi inconsulti hoc
fecerunt. Nec tñ reprobandum est si
quis inhonesto solatio spiritū suū te-
creet. sed reprobatissima illorum est
vita quibus mos est totū vite sue tē-
pus ludis et stultiloquijs exhibere.
Hi nocturnas vigilas amant. et lu-
dorum vanitati fere vsq̃ ad fatiga-
tionem intolerabilez intendunt. sed
cū die lucente surgere debeant vt
populum regant et foueant ipsi som-
no tunc sunt dediti: et tandem ex vite
dissolutione in maleficijs corporis et
anime grauissime decidunt. Rursus
si cum refectionē sumpserint non de
militari exercitio cōtendunt: nec vi-
rorum illustriū acta cōmemorant in
exemplum sed feruentissimo ineptis

simoq̃ desiderio taxillorum alearū
q̃ fortunis se cōmittunt quorū oc-
cassione peritūa execrationes et for-
san blaphemias exprimunt irascun-
tur tristant: itaq̃ mens que ex iocis
recreari deberet: ludis talibus inepti-
tissimis inquietatur. ideo seneca in p-
uer. dicebat. Aleator q̃to in arte do-
ctor tanto est nequior: vnde fertur q̃
themistocles dicebat. Nō decet ma-
gistratus ludis vacare: sed a quibus-
cunq̃ leuitatibus debēt aīn arcere
ne resp. ludere videatur ant ne relicta
grauitate perire possit. vnde seneca.
ep̃la. v. Quid michi lusoria ista cōpo-
nis nō est locādī locus. Nunquid re-
fert. aug. viii. de ciui. c. xvi. quomodo
cuidā romano in somno dictum fuit
vt ludī prohiberētur. et in summa de
casibus li. i. dicit q̃ ludentes ad ales
as vel taxillos peccāt: nō solū luden-
tes sed etiā pcomitantes: q̃ ibi sunt
desideria lucrandi voluntas spoliā-
di mendacia periuria blaphemie et
hūmōl qm̃ alea mendacior et perius-
riorum mater est. vt dicit polycratus
li. p̃rio. vnde de chillo legimus q̃ cū
missus fuisset ad chorinteos vt fed⁹
cū eis cōtraheret: inuenit duces et se-
niores cum aleis ludētes. ideo absq̃
verbo reuersus est dicens cū taxillato-
ribus nolle contrahere societatem.
Nempe reges et principes ludis le-
nibus insistere non licet: q̃ sicut nar-
rat polycrat⁹ vbi supra Rex partho-
rum dedit talos aureos regi dеме-
trio in signū obprobrii: eo q̃ nimis
leuis erat in moribus et locis: et igitur
grauior efficeretur talos aureos
sibi cōtulit. vnde crisostomus super
martheuz omelia. vi. dicit q̃ deus nō

dat ludere sed diabolus. Si inquit luserimus ante certamen: tunc in certamine deficiemus. Nec in ludi honesti per hoc reprobantur: quia teste seneca li. de tranquillitate. Philosophi sapientes ludis quandoque vacarunt sicut socrates: qui cum puerulis ludere non erubescere: et catho laxabat animus curis publicis fatigatum. et concludit ibidem quod assiduus labor frangit vires. et dat exemplum de agris qui melius fructificant si quiescent interposita habeant. unde sicut somnus est necessarius: si tamen fuerit continuus mors est: sic ludus honestus mentem disponit: si tamen fuerit assiduus sensum eborat. unde cassianus li. vii. collationum narrat de sancto iohanne qualiter cum perdisce demulcebat seu letabatur quod cum videret iuuentis quidam mirabatur virum tam sanctum et senex hoc facere. cui sanctus ait. Quid inquit portas in manu tua qui respondit arcum fero. cui iohannes. Cur arcum semper tensum non habes. cui iuuentis. Ne inquit assidua curatio vires eius non minuat. Sic inquit iohannes modica laxatio scilicet temperata leticia homines meliorat et vires fortificat.

Ca. ix. de domino principum quomodo debet esse virtuosus.



Non debet putare principes eorum imperta diuinis iussionibus preferenda. Nam a deo acceperunt dominium quod habent et ineptissime dñantur nec merentur principari: nisi quibus virtutibus prepollent: puerorum enim principum malicia tempore nostro presi-

dentium ita viget ut dominari possint credantur peccata licetia quam virtutibus pre excellentia. Sed enim principes puer si id solus habet dignitatis quod fallax hominum opinio dedit: ut tamen boetius li. de solacia. ca. iij. Attendat igitur principes quoniam terre dominantur corporibusque mortalibus. cur igitur supbiunt. cur momentanea luce tumescunt. Refert enim hiero. epistola. cxi. et vale. li. vltimo ante finem: qualiter rex perpes protervas armata iuuentute quoniam intra centum annos esset obitura perfundere lachrymas fuerit coactus et subdit ibidem vale. quod suam conditionem. scilicet mortalitatem in aliena specie deplorare visus sit. Si enim aduerterent principes quod tanta est mundi principatibus annexa calamitas nunquam aut raro principari appetent. unde egesippus li. iij. narrat de vespasiano qualiter cum esset in obsidione hierosolimitana: audita fuerunt noua quod nero erat occisus et ideo vespasianum milites in imperatorem elegerunt: sed vespasianus omnino renuebat: verum milites omnino instabant: itaque minis mortis ipsum infestabant. Ille autem indignum se reputabat: sed milites suadebant ut impium acciperet: quia potius erat cura quam honor. unde vale. li. ix. ca. ij. narrat qualiter rex quidam de adema sibi traditum diu perspectanteque capitulum poneret discos quod de adema magis facebat hominemobilem quam felicem quod scilicet si quis penitus cognosceret quod multis sollicitudinibus et periculis et miseris esset refertum: nec humi quidem tollerere vellet. Mirum igitur quod hec mundana iure progeniture putamus et celestis omnino negligimus. Nempe ve-

terea principatum non querebatur. unde narrat vale. li. v. c. vi. de quodam qui cum exiret portam civitatis subito veluti cornua eruperunt capiti eius responsumque est eum regem fore si invicem revertisset. sed reverit noluit quoniam immo ne illud accideret ipse sibi voluntarium ac perpetuum exilium indixit. In cuius rei memoria in predicta porta ipsius effigies inclusa et posita fuit. Ceterum vale. li. liij. ca. i. narrat de quodam anabio qui cum perdidisset asiaticam regionem et quasdam vicinas gentes gratias egit populo romano. quia modico regno uteretur. Nunquid etiam lo. vi. legitur: qualiter christus fugit in mortem quando cognovit quod populi veniebant ut eum raperent et regem facerent super quo chrisostomus omelia. xi. Christus inquit fugit erudiens nos fugere mundanas dignitates: atque continere ea que sunt scilicet temporalia deridere et futura adamare. Moderis in temporibus omnes ad dignitates currunt: non tamen sapientiam aut virtutes querunt: quibus loquere berna. i. ad eugenium. Simeas inquit in tecto est sicut rex satius in folio. unde sicut turpitudine simeas magis patet sciri quanto plus ascendit: sic homo indignus tanto fetidior apparet quanto in gradu celsior. Quamobrem augustinus. de ci. dei. c. xliij. narrat qualiter contumace erant edes virtutis et honoris que per deos et deabus reputabantur ad designandum quod verus honoratus per dignitates vel per potestatem debet esse virtuosus. et ideo ille edes scilicet domus erant coniuncte. nec tamen reprobanda est potestas seu hominum dignitas quoniam omnis potestas a domino deo est

ut dicitur roma. xliij. Sed reprobandi sunt illi qui sine meritis dignitates assumunt: ut in dignitatibus cum fuerint se et alios pervertere regunt. et de modica gloria quam habeat ne priventur timentes in nullis confidunt. Nam tullius libro. liij. de officiis narrat de dionysio tyranno qualiter barbitonosos timebat ne ipsius interficerent barbam eius si raderetur ideo pilos barbe comburebat. narrat etiam super de alexandro sergeo qui de uxore timebat. unde antequam cubiculum ingrederetur expoliari faciebat an etiam uxorem gladium vel aliud instrumentum haberet: finaliter tamen ab ea interfectus fuit. Insuper vale. li. ultimo ante finem narrat de massinissa rege qui cum dormiret custodiam sui corporis non hominibus sed canibus commisit. Recens omnia contingunt: quia impii ad dignitates eleuantur: et vite huius exigua gloriae superne felicitati anteponunt. Animadvertant autem illud ecclesiasticus. x. Omnis potestas brevis vita. unde iob. xxiij. Elevati sunt ad modicum et non subsistent. Nam vita hominis est vapor ad modicum parens. iaco. liij. et isa. liij. Omnis caro fenit: et omnis gloria eius quasi flos fenit. Rursus in principibus non solum superbia: sed etiam gula cerno redarguendam ubi autem gula regnat nulla honestas sed dissolutio castitatis margie semper comes est. Itaque nobilibus maxime continere dignoscitur sobrietas: ex quo nobilitas status precipue congruit honestas. fortassis tamen qui se nobiles dicunt suam vocationem dixerunt. Qui enim sunt edaciores curialibus qui tamen de nobilitate se tectant. Potationes etenim serotinas habent

et mane suis sensibus nondū excitat
pocula petunt. Hec autē nō est nobili
um sed ignobiliū vita nō ad vitā sed
ad mortē vitā. Talibus autē comess
satoribus quorū occupatio in cibis
et potibus est. loquitur illa. ca. v. dicens.
Ue qui potentes estis ad bibendum
vinū. vnde seneca epi. lxxxvij. narrat
de quodam potente qui maiorē par
tem noctis in conuiuio exagebat: et
fere die tota dormiebat. Quātavi
te in discretio corp⁹ suis comessatio
nibus distēperant: et inquināt et ani
mā perdere nō formidant. vnde illa.
v. Ue q̄ cōsargitis mane ad ebrieta
tem sectandā. et subditur. Lithara et
limpanus et tubia et vinū in cōuiuijs
vestris et opus domini nō respicitis
Hoc siquidē vitū habent maxime
curiarum sectatores qui in griter pre
termissa salute cibis et potib⁹ vacant.
vñ polycratus in plogo narrat qua
liter socrates p̄hus ea cōtēnebat que
auicti ambiunt. scilicet que curiales pe
tunt. Quāobres vale. li. ix. ca. primo.
Uentrē inquit distēti cibo sequitur
voluptas genitaliū. Idēz ponit gre
go: epistola. xxxvij. Insuper seneca co
messatoribus ad elinam: sic loquitur
O miserabiles quorū palatū nō ni
si ad preciosas escas excitatur. Non
enim viuit qui libidini et somno viuit
vnde virgi. eneidos li. i. Didonez re
darguit. eo q̄ in cōuiuijs tempus de
tinebat. ideo dicebat. Infelix dido
longūqz bibebat amores. et ibidem
dicitur. Postq̄ prima quies epulis
mēsesqz remote cratheras magnos
statuunt. et vina coronant. Sit strepi
tus rectis vocēqz per amplā volutāt
et. ex quibus colliguntur comessas

torum enormitates: in quibus sum
paradisum sperant.

¶ Ca. x. de tyrannide principum.



Principes et domini cō
stituti sunt non vt dissi
pent plebem: sed vt fo
ueant: non vt bona sub
lectis auferant: s; po
tius vt quod habet be
gnine conseruent. sed pro chdolo
dominia q̄ plurima in tyrannia vera
sata sunt: multiqz principes paupes
subditos opprimunt: et vt ipsos pre
textu iure confundere videant: pra
uissimas leges excogitāt: quibus illa
le. x. dicitur. Ue qui condūt leges in
quas et scribentes iniusticiāz scripse
runt vt opprimerent in iudicio pau
perem. vnde psal. Sedet in insidijs
cum diuitibus in oculis: vt interfis
ciat innocentē. Hi ei sunt similes ca
stori de quo narrat solinus lib. iij. ca.
xxxv. q̄ cū hominē inuaserit ipm nō
deserit quousqz ossa eius cōfregit.
sic tales pauperes esse in pace nō p
mittit quousqz taliter enervauerunt
eos. vnde michae. iij. Pelles eorum
desup excoctauerunt et ossa eorū cō
fregunt et cōsciderunt. Et tamē in
excusabiles sunt: qz diuites sunt et tñ
aliena rapiunt. quibus ambrosius p̄
mo de offi. loquitur. Diues inquit eras
quis ergo causa aliena rapiebas eges
stas nō compulit. ideo te feci diuitēz
vt excusationem non haberes te feci
potentēz vt non inferres sed repelles
res violentiā. Erip. te igitur egenūz
et pauperē de manu peccatoris libe
rate. Itāz teste seneca epla. lxxv. Ea
ista faciunt que creatura irrationabi
r ij

les abhorrent quoniam teste aristo. li. vi. De animalibus non est modus aut univertus speciei quod una comedat aliam: isti tamen suos fratres deuorant vnde michae. ix. qui comederunt carnem populi mei. Nemppe attendere deberet: quoniam pauperes exaudiuit dominus: qui tamen pauperes contra eos clamant ei iusticiam a deo petunt. vnde ecclesi. xxxv. Lacrimae viduae ad maxillas descendunt et ascendunt usque ad celum: et deus exauditor non delectabitur in illis: sed principibus tyrannis: quoniam propter multitudinem calumniarum clamabunt ut dicitur iob. xxxv. Eligitur illi qui congregat auaritiam malorum domine suae: quod lapis de pariete clamabit contra eum: ut dicit abachuc primo. Narrat enim petrus damianus de quodam qui proximus mortis erat: et a sanctis andrea et gregorio male affligebatur: quod sex nummos a paupercula vidua acceperat. vnde ecclesiasti. xxxiii. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum: quasi qui victimam filium in conspectu patris. Legimus enim de tyberio in chronica breuius quod cum sibi suaderetur ut sua tributa augmentari luberet respondit. Boni inquit pastoris non est pecus deglutire. vnde i. i. xxxiii. Ne qui perdaris: nonne et ipse predaberis. Est enim crudeliores sunt lupis: quia de lupis in hystoria romanorum legitur: quomodo nutrierunt romulum infantem expositum bestiis. Isti vero pauperes subditos tanquam lupi rapaces lacerant. vnde chrisostomus. omei. xxxiii. Quid inquit ouis in medio luporum: quid columba in medio accipitrum. Impius enim iudex siue dominus

ut leo rugiens et vulsus esuriens princeps impius super populum pauperum. puer. xxviii. Nam pauperes sunt sicut oues in medio luporum. ¶ Ca. xi. de iusticia principum.



Templo atheniensium qui iusticiam proprie commoditati prebulerunt in principibus iusticia residere debet. vnde narrat valerius li. vi. ca. v. quod cum saluberrimo consilio themistodes migrare athenienses in classem coegisset: perque et populum eius grecia pulsis ruina patrie in pristinum habitum reformaretur opes clandestinis mollitionibus ad principatum grecia capescendum nutrirer. in contione dixit habere se res deliberatione sua prouisas quod si fortuna ad effectum duci passa esset: nichil maius aut potentius atheniensi populo futurum: sed eas vulgari non oportere postulauit: ut aliquis sibi cutillam tacite exponere daret. datus est aristides is postquam cognouit classem illam lacedaemoniorum que tota apud githum subducta erat velle incendere: ut ea consumpta diuatio maris temporis cederet. processit ad ciues et retulit themistodē ut utile consilium ita minime iustum a iouolueret e vestigio vniuersa cōtio quod equum non videret non expedire quidam proclamauit: ac protinus themistodē incepto iussit desistere. Patet igitur quod veteres olim populi iusticiam quam propriam commoditatem amauerunt. narrat insup vale. ubi supra de tartaride tyrio quod ad euitandum seditiones leges statuit: cōtione seu consilio ciuitatis nullum cum gladio intraret: ipse tamen tartarides ex

ponere gladiū quo p̄cinct⁹ erat et
ita cōtionē intravit. Cur igit mont-
us fuisset de fractione legis. Idē in
quit ego illas sanctas ac p̄tinus ferro
qđ habebat de stricto icubuit malēs
mori qđ iusticiam seu legem per entz
violari. Ideo cattho inquit. p̄datere le-
gem quam tu ipse tuleris. et licet in h
imitari nō debeat qđ seipm interfecit
in hoc tamē amore iusticie quam ge-
rebat ostendit. Uterū igit exemplo
viri boni et p̄cipue boni principes
iusticiam affectuosissime diligere de-
bent: vt tanq̄ vles vera equitate lu-
ceant. Cur enim antiquitus cōsules
romani pauperrimi fuerunt nisi quia
maluerunt cū paup̄ate iusticie faue-
re qđ iusticie detrahendo quouisimo-
do vitari. Horz enī paup̄ertatem nar-
rat aug. li. v. de ci. del. c. xvij. vnde lu-
cius valerius defunctus in suo plula-
tu vsqz adeo paup̄ extitit: vt nūmis
a populo collaris eius sepultura cu-
raretur. narrat insuper vege. liij. de re
militari qđ cū quidā regulus de hosti-
bus victoriā habuisset z ad magnos
vocaret honores. ipse tñ insolita pau-
p̄tate voluit p̄manere. Insup aug.
vbi supra de q̄nto narrat qđ cū quat-
tuor ingera possideret et ea suis ma-
nibus coleret ab aratro fuit abduct⁹
vt dictator fieret maiorū vtriqz hono-
re qđ cōsul. victisqz hostibus ingētes
gloriam cōsecutus in eadem paup̄tate
mansit. z post pauca subdit qđ rem pu-
blicam cum haberent opulentissimā
atqz ditissimā sic ipi in suis domib⁹
erant paupes: vt quidā eorum qđ tam-
bis cōsul fuisset ex senatu pauperum
hoīm pellere notatione censoria qđ
dicē pōdo argētī in vasis habere cō-

paratus ē. ita idem ipsi paupes erāt
quorū triumphis publicū duab⁹ er-
rariū: qđ sicut dicit deutro. xx. Dñs
aduersat erga oēm iniusticiā. ceterū
narrat vale. li. v. c. i. z aug. v. de ci. del.
vbi supra quō brutus p̄ tribunali ses-
dens filiis iuis nō pepit. vnde quia
tarquinū exulē rei qz publice dissipa-
tozem reducere volebāt eos rep̄ben-
so avirgis fecit cedi et securi percutit
vñ virgi. in vi. eneidos. Hatosqz pa-
ter noua bella mouētes. Ad penam
pulchra pro libertate vocauit. et belā
nandus hystoriographus narrat de
helio qđ cum senex esset et impatoris
officium exercere nō posset: oblat⁹
fuit sibi vt propriū filiū impatorē
constitueret. ipse autē respondit suf-
ficere dñz inquit vt ego ipse regnare-
rim cuz nō moreretur: qđ non sanguis
sed meritis p̄cipatus deberetur. ideo
ecclesiastes lxx dicit. Noli querere fieri
iudex nisi valeas virtute p̄erūpe-
re iniquitates. Ex his ergo patet qđ li-
cet homo cōter vincatur patrie aut
sanguinis amore aut etiā laudis cu-
pidine: vt inquit aug. vlij. ca. xv. Ni-
hilominus tñ veteres omnia post-
posuerunt iusticie: qm ancilla scz ois
fauor: et vtilitas postponenda est iu-
ri: qm impij iudices in corruptōe sus-
peribunt percipientes in mercede in-
iusticie: vt dicitur prima petri. ij.
¶ Capim duodecimū quomodo vi-
ctoria a deo est.

In multitudie ex-
ercitus victoria ē bel-
lis de celo fortitudo
est: vt dicit. i. mathe.
lij. Unde moyses ma-
nus in celus leuabat.

et ita vincebat ut dicitur exodi. xv. Nam
 sicut in archa homines saluabatur: eo quod
 ipsa erat super aquas. sic etiam si mens
 contemplatus fuerit ad celestia ten-
 dens et aquis id est vanitatibus si pre-
 fuerit suauari poterit. Unde dentro
 nomis. xx. Appropinquanti bello sta-
 bit sacerdos ante aciem. et sic loqui-
 tur. Nolite metuere. quia dominus no-
 ster in medio est vestri. Sic etiam the-
 odosius fecisse legimus: quia sicut le-
 gitur in hystoria romana cum se vi-
 disset a suis hostibus circumseptum ora-
 tionibus vacare cepit: et signo crucis
 anteposito victor efficitur meruit. Sed
 quid dicemus de his qui in propria
 virtute confidunt et archas id est pa-
 radisum ingredi non curant quoniam
 ecclesiam virosque ecclesiasticos infestant
 persequuntur et lantant. Tales enim
 in momento peribunt: quia dux eorum dia-
 bolus ipsorum interitum querit. Nar-
 ratur enim in hystorijs pallegat romanorum
 quod quidam dictus masceli
 zechromanus quidam prepotens eccle-
 siam dei violauit: et in ea existentes
 crudeliter extraxit: ideo turpi excidio
 interijt. Attendamus igitur hystoriarum
 de attila quas ibidem legimus. de quo
 fertur quod cum italiam dissiparet ad eum
 accessit vir sanctus leo papa dicens
 ut incepta crudelitate dimitteret. sed
 papa mortuo interrogatus fuit: cur
 ipse sic presto pape obediuisset: qui re-
 spondit quod papa sibi loquente senem re-
 uerendum viderat gladium in manu
 tenentem terrore cultus instantum expa-
 uis quod non obedire ausus non fuit: itaque
 ecclesia non debet a pugnantibus inte-
 riri. unde narrat paulus diaconus
 li. xij. suarum hystoriarum. et orosius li.

vij. et de ornesta mundi quod cum romani
 a gothis captiuarentur illi soli euase-
 runt qui in nomine christi ecclesiam ingressi
 fuerunt. unde gothi romanos cape-
 re poterant: sed ob reuerentiam nominis
 christi in ecclesia manentes liberos di-
 mittebant. Quamobrem aug. i. de ci-
 ui. romanorum in gratitudinem increpa-
 bat: eo quod dicebant nomen christi eis ob-
 fuisse. et in vultu eorum ydola succurrere
 eis non valebant ipsi in nomine christi libera-
 ti fuerunt. ex qua hystoria inferunt alij
 quod ab illo tempore contra principes temporales.
 libertatem in ecclesia malefactoribus con-
 cesserunt. Quoniam laus eius in ec-
 clesia sanctorum: inquit propheta.

¶ Ca. xij. de humilitate principum.



Superbia semper po-
 stulat casum. Nullus
 igitur principatus stabis
 ubi superbia regnat.
 unde gen. xi. dicitur quod
 homines propter suam super-

blam turri erexerunt: ex quo ipsi qui
 unus idiomatis erant diuisi fuerunt.
 Attendamus enim quoniam superbia diuisit an-
 gelos superbia depressit nerones: omnesque
 seditio a superbia exordium cepit. ideo se-
 ne. lucillus sic monebat cunctis esto
 benignus omnes tibi pares factas infe-
 riores superbiendo ne prenas. superbio-
 res debite viuendo non metuas. unde
 li. de nugis phorum legitur de cesare
 quod suis militibus nunquam dicebat ite: sed
 semper venite: quia scilicet non volebat
 solum sibi seruire: sed etiam seruire pro-
 prius erat. De quo ibidem legitur. quod
 cum quidam veteranus quadam die
 condemnaretur coram iudicibus roga-
 uit cesarem ut descenderet et inuaret
 eum cui cesar dedit bonum aduocatum

in sui adiutorium: cui veteranus ait. Ego inquit te periclitantem in bello asiatico non quesiui aduocari sed ego pro te ipso pugnauit. Unde inquit vulnera que pro te suscepta tunc cesar vulnera videns erubuit: et mox aduersus eius descendit timens ne superbus aut ingratus videretur: unde dicebat. Ille se militem nescit amare qui non laborat ut militibus carus sit. Insuper seneca li. iii. de ira narrat de humilitate antigoni regis quod quadam nocte audiens suos milites sibi contradicentes eo quod ratione ipsius onera maxima deferebant. Ipse igitur antigonus clam destitit descendit et ipsis nescientibus: quis esset eos iuuabat in portandis oneribus. Ipsi quoque tandem dixit. Nunc inquit maledixistis antigono cuius vitio in has miseras incidistis. Nunc ergo bene optate et quia eius laboribus interuentibus penam grandem euasistis. ecce igitur quanta principum humilitas. Sed nunc posco quid dicemus: nisi quia omnes fastus et superbia querunt: et principes in suo scepro gloriantur: duces in solio et imperatores in diademate gloriantur. Sed reuera vir quicumque nobilis exorat attendere debet illud iob dicentis Spiritus meus attenuabit dies mei breuiabuntur et solus michi superest sepulchrum. unde iesus filius syrach dicebat. Omnis inquit potentatus brevis vita. et gloriatus prius de alexandro loquens sic dicebat. Quod frivola gaudia mundi que rerum fugitiua honorum. Nam cui non suffecerat orbis modica fossa sufficit terre. Hoc enim non attendunt huius temporis principes sed in suis fastis assidue eleuantur si

miles alexandro. de quo narrat vale. lib. vii. ca. xv. quod quia audierat ab anaxarcho comite suo ex auctoritate democriti preceptoris referri innumeras esse mundos: quasi non contentus vni mundo dominari dixit heu me miserum qui nec vno quidem adhuc sum potitus. de quo alexandro egregius versificator sic ait. Vir bone quid curas res viles respicituras. Nil profuturas damno quandoque futuras. Nemo diu mansit in turbulenta sed cito transiit. Est brevis atque leuis in mundo gloria queuis. Qui fuit hicimus statuitur in ordine primus unde quintilianus narrat quod vir quidam canus alexandro dicebat. Unde inquit ne cadas cum peruenieris ad culmen ad quod peruenire contendis. Merito igitur sapientie. v. dicitur. Quod nobis proficit superbia aut diuitiarum tactantia quid contulit transeunt omnia sicut umbra. et iob. xxxi. dicitur. Statue tibi speculum pone tibi amaritudines: dirige eorum tuum in viam rectam scilicet humilitatis et gratie. Quod quod indocta est illa persona que de se presumit et de vita fragili atque incerta eleuatur. unde inuocentius papa superbos sic alloquitur. Cur inquit superbis vermis et cinis cur diuitias pauperibus dispergendas accumulatas. cum prophetam dicat. Dormierunt somnum suum et nichil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Unde igitur breuitas et possessio instabilitas hominem sapientem et humile reddunt. Posco enim commemoramus hyfio. valerij libro vii. cap. li. narrantis de quodam rege cui cum diadema traderetur retentum

diu cōsiderant p̄lūq̄ suo capiti im-
poneret dicens q̄ diademam magis
facit hominem nobilem q̄ felicem:
quia si quis cogitet quantis sollicitu-
dinibus et periculis diadema pleni-
sit. nūq̄ illud etiam si humi iaceret
tollere velet. Itaq̄ rōne principat⁹
non euēlabat ille sed humiliabat. vñ
sene. Alti⁹ inquit rei te non iponas
q̄ stat⁹ talis timendus est atq̄ regē-
tibus p̄tus instat periculū q̄ subdi-
tis: quia princeps omnes timet cete-
ri vero vnum principem timēt. et cō-
cludit. Si vere inquit igitur prudēs
eris: vbiq̄ idē eris ⁊ non extollaris
laudatus: nec turberis inuiriatus.
¶ Capitulum decimumquartum de
castitate principum.



Princes incontinēs
subditorum maculat
vitam suo prauo exē-
plo. vnde timendū ne
luxuriosus p̄nceps sū-
ditorum filias ⁊ cōiū-
ges violet. Magna igit̄ securitas est
in dño si castus p̄nceps extiterit. Nē
peviri vterez ⁊ celebres castitate flo-
rētes laudis premiū hucusq̄ merue-
runt. Quero enim vt scipionis casti-
tatem commemoremus. narrat enī
vegetius de re militari. lii. ca. x. q̄ scī-
pioni african⁹ virgo pulcherrima et
nobilis adducta fuit quaz licet natu-
raliter affectaret. nichilomin⁹ diligē-
tissime eam custodiuit. et cum capit-
na esset eam redemit: suoq̄ sponso
qui nōdum eam cognouerat virginē
tradidit cuius nomen alciū⁹ ⁊ pro
dote nuptiali munera grādia p̄buit.
Simile etiā de alexandro legimus.

Insup de octavian⁹ legim⁹ in polli-
cra. lib. iij. c. x. Quomodo virgo cleo-
patra ad euz accessit: eiusq̄ oculos
rōne pulchritudinis sollicitauit. Ele-
ritamen eius pulchritudo pudicitie
nō obfuit. ⁊ si poeta. Cuius adest p̄-
cibus faciesq̄ intacta perorat. ceter⁹
vege. li. iij. ca. iij. narrat quomodo hā-
nibal vigilijs et abstinentijs corpus
suum macerabat p̄ quam abstinenti-
am libido exstinguebat. Legimus in-
super abst. inuisse cesarem iulium put-
narrat pollicra. li. v. ca. vi. et tō ecclia-
sti. x. dicit. Ele terre cuius rex puer ē
et cuius p̄ncipes mane comedunt
Beata autē terra cuius rex est nobis
lis: et cuius p̄ncipes vescunt in tem-
pore suo scz ad reficiendū ⁊ nō ad lu-
guriandū. Attendamus quomodo
amor mulieris eneruauit potentiam
samsonis: infatuauit sapientiam sa-
lomonis: sanctimonīā dauid sedauit
prout ait biero. ep̄la. xxxiii. ⁊ subdit.
Nec salomone sapientior: nec dauid
sanctior: nec samson fortior: et ta-
men vtriq̄ a muliere decepti sunt.
Nullum enī imperium durabile nec
p̄ncipatus stabilis quādo regnat in
p̄ncipe libido luxurie. vnde pollicra-
tus. li. vi. ca. xli. dicit q̄ imperium ro-
manū exhaust⁹ est nerone impante
cuius gula oīa deuorauit et macula-
uit libido exhaustit auaritia superbia
cum luxuria exinanuit. Insuper ege-
sippus. li. p̄mo. loquens de antonio
ipsi augusto dicebat Ille inquit scilicet
antonius nō victus est virtutib⁹
tuis: sed magis est victus moribus
suis. Cuius enī ē cleopatra vixit cū
qua maluit vinci q̄ sine ea vincere.
Nunquid etiā vale. narrat lib. ix. ca. i.

me legibus regulata: sed per luxuriā
prolapsa est. et ideo ante concludit.
quid fedius: quid dānosius est scz lu
xuria per quā virtus atteritur victorie
relanguescunt et cepta gloria in in
fantiā conuerit. animiqz et copor
vires expugnantur adeo: vt nescias
ab hostibus: ne an ab illa capi perni
ciosius habendum sit.

¶ Ca. xv. de moribus principum.



Principus maxime est
moralis esse: sicut di
cit aug. de ciui. dei. li. ij.
ca. xxi. et narrat versuz
ennij poete dicentis.

Morib⁹ antiquis res

stat romanis virisqz. Nā qz dñi roma
ni morales fuerūt tādū orbi pfuerūt
vnde idem aug. v. de ci. ca. xij. verba
cathonis narrans dicit. Nolite inqt
estimare maiores nostros armis re
publi. augmentasse. Nam si ita esset
multo pulcherrimaz nos eaz habere
mus. Quippe sociozū atqz ciuiū pre
terea armoruz et equozū maior co
pia nobis qz illis est. sed alia fuere q
illos viros magnos fecerūt q nobis
nulla sunt domi industria foris iustū
imperiū animus in cōsulēdo liber ne
qz libidini neqz delicto obnoxio⁹ pro
bis nos habem⁹ luxuriā atqz auaritiā
publice egestatez priuatim opu
lentia. laudam⁹ diuitias sequimur in
erctā inter bonos et malos discrimē
nullum oīa virtutes premia ambitio
possidet. hec aug. Ex qbus cōcludit⁹
qz virtutes morales. R. p. manute
nerunt atqz exemplū colligit qz vi
ta spūalis in hmōi morib⁹ cōsistit at
qz roborat. vñ aug. li. i. c. xxxij. loqns
de scipione ait qz nō censebat ille scz

scipio. R. p. esse felicē stantibus ment
bus ruētibus moribus. z eodē li. c. ij.
Romani inquit ceciderunt nō muro
ruz casu sed morū defectu: neqz igni
bus eozū tecta ardebāt: sed corda cu
piditatibus inardescēbāt atqz prestē
dendi potius qz corrigendi volūtas
romanos cōtrivit. et qz homo quasi
ciuitas est cuius valie sunt sensus ci
uesqz vires sunt aie quibus impat vo
luntas. debet ergo tanqz ciuitas mo
ribus ornari: qz sicut ait seneca epla.
xl. Mos est mentis habitus ex quo
singulorū operū assiduitas manat.
Item polycratus li. v. ca. iij. dicit qz a
virtutibus fiunt mores et a moribus
virtutes acquirunt. Sed qz multa vi
tia prauos mores nō credunt ppter
assiduitatē: vt ait sene. li. de vita bea
ta. Ideo absqz pudore hoies crimina
bus seruiunt. virtutesqz acquirere
nō curant. et cōcludit ibidem sene. qz
aliter est agendū in via morū z aliter
peduz: qz in moribus nō est tuta via
quā sepius multi sequunt⁹: sed in via
peduz frequenter contrariuz est. z si
mores cōgruunt sapiētī maxime tñ
principi. Sed queso inquiramus vñ
principum corrumpunt mores. estis
mo enī qz fastus et superbia hoc faci
unt. Nāz si princeps humilis existe
ret moribus floretet. sz superbia tol
lit sensuz: corrūpitqz mores. Utināz
attenderent principes verba darsi lo
quentis alexandro. vnde fertur in hē
storijis alexandri qualiter darsi vul
neratus et in lecto positus alexādro.
dicebat fili alexander: vt plenus tua
sapientia nouit: totus mundus i cor
ruptione positus est. Sic enim diu
na prouidentia a principio ordinauit

ut nichil esset constans tutum vel firmum: sed totum variationi subiectum. Cum autem quis ad tantum domini ascendit culmen: ut iam non hominem sed deum se estimet mox ad ima ruit et dum eius casum se meruisse cognovit: et deorum benignitatem inuocauerit: ne laqueum desperationis incurrat subito misericordia subleuat. et subditur. Considera inquit fili quid fuisti et quid sum hodie. heri namque rex regum et dominus dominantium vocabar. et tunc absque potestate lugeo: quia superstitione seductus diis volui assimilari. Consideranda est etiam ipsius nabuchodonosor historia qui cum eleuaretur corruit sensum perdidit: et tanquam animal brutum cum feris vixit. Humiliatus tamen postmodum restitutus fuit. ideo propheta dicebat. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Absit ergo superbiere propter bona que in mundo sunt: in quibus nulla securitas est. unde bernardus. Nullus inquit est securitas neque in celo neque in terra neque in paradiso. Namque de celo cecidit angelus de sede maiestatis. adam cecidit de paradiso voluptatis. et de mundo cecidit iudas de schola sanctitatis. Humiliemur ergo considerantes dei et finalis terrorem. unde gregorius. Tunc inquit erit superius iudex tractus: inferius cabos horrendus: a dextris peccata accusantia: a sinistris infinita demonia ad supplicia trahentia. Interius erit conscientiarum et exterius mundus ardens. Quid igitur faciet peccator. nam latere impossibile erit: et patere horribile. ecce contra humilitatem occasio. De quodam rege legimus in

legendis sanctorum quod cum vidisset dominus os christi pauperes de curru descendit ut ipsos honoraret: quod videns frater eius ipsum increpauit dicens quod non decebat regem sic humiliari coram pauperibus: quo audito rex iussit suis precibus ut ipsi citarent cum familia et liberis quod videns ille qui regem reprehenderat cum habitu humilitatis coram rege accessit cum liberis et familia: quam cum vidisset rex ait. Dicit inquit stulte preconem fratris tui iussisti: et licet non peccaueris: tamen te humiliasti ad verbum preconis fratris tui vteris. Nunquid igitur potius precones iesu christi pauperes formidare et reuereri debemus cum de ipsis in euangelio discat veritas. Qui vos honorat et honorat: et qui vos spernit et spernit: iterum quod vni ex minimis istis feceritis michi fecistis. Humilis ergo mens nostra existat nullum spernat: sed futuri iudicii terrorem concernat. Unde hieronymus. Siue comedam siue bibam semper illa vox resonare michi videtur in auribus meis: surgite mortui venite ad iudicium. Quia tamen domini et principes fastus et superbiam amant ideo in auribus suis si resonaret vox sophonte prophete humiliarentur. Dicit enim sophontas cap. i. loquendo in persona domini. In illa inquit olevisitabo super principes et super filios regis et super omnes qui arroganter ingrediantur super limen et compleuerint domum domini dei sui iniquitate et dolo: et sequitur. Disperierunt omnes in uoluti argento: et qui dicunt in cordibus suis non faciet bene dominus etc. et sequitur. Fortitudo eorum in direptione erit. et domus eorum in desertum

edificabunt domos et non habitabunt
in eis: plantabunt vineas et non bibent
vina earum. et sequitur. *Conturbabo*
homines et ambulabunt ut cecum: quod do-
mino peccaverunt et effundetur san-
guis eorum sicut humus: et corpora
eorum sicut stercorea. sed argentum et
aurum eorum non poterit eos libera-
re in die ire domini. Utinam principes
talibus verbis corrigere: moribus
que suis tempus dirigerent: exemplo
tibi de quo legitur quod tunc moleste. *Ita.*
P. rex ut de sola clementia. argui
posset. Unde mores principum pul-
cherrime suadet seneca de quattuor
virtutibus. ca. lii. Imponere inquit co-
cupiscentie frenum ede citra saturita-
tem: bibe citra ebrietatem: observa-
re in convivio: aut in aliqua comuni-
tate hos damnare videaris: quos imi-
taberis. nec delictis tibi presentibus
inherebis: nec absentes desiderabis
et sequitur. Odibilem quoque hominem
facit risus superbus et elatus ac etiam
malignus et furivus. Si igitur ri-
sus locos exigit hos cum dignitate
sapientie gere: sit tuus incessus sine tu-
multu et quies sine desideria adulatione
eusta non acerba: sed blanda ver-
ba timebis: esto victorum tuorum su-
gar. alioquin vero non sis curiosus scu-
tator: docentius esto facilis auditor:
requirenti facile responde: superio-
res recte vivendo non timeas sentor:
esto iudicio quam sermone vita quam vultu
clementior: esto fame bone: neque tu-
zizantator. neque alieni invidus ad tra-
tardus: ad misericordiam pronus in
adversis firmus in prosperis cautus
que nosti sine arrogancia postulanti
communica et que nescis sine occul-

tatione ignorantie tibi postula impar-
titi. Nec enim omnia licet non eodem
ordine documenta sunt seneca. ubi se-
pe quibus modesta et morum honestas
suadet que principibus maxime
pertinere dinoscitur. nam istud. *Ita.* ethimo-
c. lii. dicit quod rex dicitur a regendo nec
est rex qui non regit. In principibus igitur
non ambitio: sed de subditis curas
esse debet. unde gregori. xi. moralium
Principes vocantur qui malis co-
gitationibus principantur. et ibidem
xxvi. Illi enim principes sunt qui ele-
ctionis gloriam declinant: qui livores
mitigant furores extinguunt: qui tem-
ptationibus non consentiunt: sed re-
gendo preesse noverunt. unde horatius
in carmine. Virgo. sicut narrat
augustinus. v. de civ. dei. cap. xlii. di-
cens. Latus regnes aulicum domum
do spiritum. et claudianus alloquen-
do theodosium dicebat. Licet inquit
late domineris: si tamen prava cupis-
si duceris tra. serviti. tugum patieris
si autem tollis et leges interius feras
tunc omnia iura tenebis. Insuper de
valerio imperatore octuagenario le-
gimus quod cum adhuc virgo esset et sue
felicitatis premia recoli audiret ait de
vna tantum modo victoria glorior.
et requisitus que fuisset illa: respon-
dit. Quia inquit inimicorum domus
scilicet carne mea domavi et supe-
raui. Hoc enim narrat valerius in quo-
dam suo parvo tractatu. Illi ergo re-
ges sunt qui se regere non erunt unde
gregorius moralium. lii. Illi inquit re-
gnant qui corpora sua regere sciunt.
qui desideria temperant et cogitatio-
nes legibus regulant. et ideo. Ele-
re culus rex est puer. ecclesiastes. xi.

firmari debent. vnde vale. li. vii. ca. ii. narrat quomodo themistodes quendam virum filiam unicam habentem consulebat qualiter eas desponsare deberet: scilicet virum aut pauperem aut locupletem seu virtuosum. vnde dicebat. Malo inquit virum pecunia quam pecuniam virum indigentem: quasi diceret quod preferenda sunt virtutes diuitiis: sed nunc matrimonia omnia fere corrupta sunt et per avaritiam pervertuntur: et ideo posuit legem ligurgus rex quod virgines sine dote desponsarentur: sicut narrat pompeius li. iiij. Quedam enim matrimonia per concupiscentiam contaminantur: cuius oppositum de isaac legimus qui uxorem incognitam de remotis partibus adductam accepit ut haberetur gen. xlv. Sic enim non per concupiscentiam uxor assumenda est: ut honorabile sit coniugium et thorus immaculatus. ad hebr. xlii. Sed aliqui fornicationibus et adulteriis vacantes matrimonia dissuadent contra quos loquitur aug. li. i. c. clul. dei. ca. xvij. dicens quod matrimonium fit inter homines ut honesta concordia inter eos habeatur. vnde omelia. vii. dicit aug. quod deus nuptiis interfuit prescians hereticos futuros matrimonia prohibentes. Sed quid dicemus quod multi sapientes uxores ducere dissuaserunt. vnde valerius ubi supra narrat qualiter socrates cuidam adolescentulo querentem utrum uxorem duceret: respondit. Quodcumque enim feceris noueris te penitentiam acturum. Nam continere carnem penosius est et uxorem ducere sollicitudo est perpetua. Hic theophrastus li. suo de nuptiis matrimonium dissuasit. Unde querit an sapiens debeat

uxorem ducere. et concludit quod non: quia impedit studia philosophie et sumptus exigit variarum onera. Et uxor si domum regendas commiseris seruus eris. si autem tuo arbitrio aliquid reseruaueris fidei sibi habere non putabit: et sic largia queret et uenena diffundet. et subdit. Si pulchra cito adamat et difficulter custoditur. si autem sedita molestum est possidere quod nemo habere dignetur. Ex quibus omnibus matrimonium dissuadet dicens quod multe sunt molestie nuptiarum. Ceterum narrat hieronymus contra iouinianum quomodo cicero rogatus fuit ab hircio ut uxorem suam duceret. Ille autem respondit se non posse uxorem philosophie operam dare. His autem non obstantibus matrimonia licite sunt contrahenda licet castitas sit prebenda: et licet uiris studiosis et uiribus ecclesiasticis matrimonia non competant: prout predictae narrationes concludunt. nichilominus alijs seculariter uiuentibus licite matrimonia congruunt. vnde primo ad corinth. vii. Uir ergo cogitat que dei sunt: que autem nupta est cogitat que sunt mundi. Aduertendum tamen quod in ducendo uxorem atque manutendo multa exigitur patientia atque cautela. Narrat enim hieronymus ubi supra quod socrates uxores duas habebat que cum crebro inter se iurgarentur: et ille eas irridere esset solitus quod propter se fedissimum hominem: similis naribus res calua fronte pilosis humeris et repens cruribus disceptarent: nouissime ueterunt in eum impetum. Cum autem resisteret aquam immundam super ipsum profecerunt qui terrore

pitte respondit. Sciebam inquit post
hec contraria futura erat pluuia. Itē
per patientiaz vxores superauit. Nē
pe in vxoribus plures sunt importu-
nitates quapropter prudentia in ta-
libus magna exigitur. Narrat enim
hieronimus vbi supra q̄ marcus ca-
tho licet vxorem humili loco natam
accepisset. Ipsa tamen vinolenta im-
portuna et superba erat: et concludit
Non putet igitur aliquis si pauperē
duxerit sibi de concordia satis prou-
disse. Item ibidē narrat qualiter phi-
lippus rex macedonum vxorem ha-
buit que ipsum in cubiculum intro-
euntem exclusit: qui exclusus insuri-
am tolerauit: atq; versu tragicō se
ipsum consolari studuit. Item gorgi-
as librum de concordia edidit quem
grecis litigantibus recitauit: sed cum
recitaret quidam eius inimicus dicit
melancius respondit. Quinquit vni-
us regni concordia precipis et in tua
domo tres personas concordare nō
vales: q̄ vxor eius eo q̄ castus erat
sibi insurabatur: et ancille quia pul-
chrior erat inimicabatur. Et exinde
forsan orta est consuetudo q̄ scilicet
p̄ quiete habenda vxores nolunt an-
cillas eis pulchiores tenere. Ex his
oib; concludit hiero. q̄ importun-
tates sunt maxime matrimoni. vñ
ibidem recitat q̄ licet epicurus volu-
ptatis amator esset. cuiusdam tamen in-
terroganti an vxorem duceret: respō-
dit q̄ sapienti nō cōgruit coniugium
q̄ multa incōmoda mixta sunt in nu-
ptijs. et subdit. Grane inquit est vstro
sapienti venire in dubiū: vtrū bonaz
vel malā vxorē ducturus sit: q̄ sicut
scribit herodotus mulier cū veste de

ponit verecūdiā. vnde hiero. ibidē
narrat quō melancius vxorē licet ca-
staz repudiāuit: et cum argueretur ab
amicis pedē a lecto tanq̄ lesus esset
deposuit dicens. Lectus inq̄ quem
cernis nouus et elegās est: sed nemo
scit preter me vbi me premitt: quasi ol-
ceret q̄ sic est de vxore. Licet igitur
cōmendanda sint legitima matrimo-
nia caute tamen sunt contrahenda.
¶ Ca. xij. de parentibus erga filios.



Sicut dicitur viij. et h. i.
Pater filio causa est
essendi causa nutrien-
di et causa discipline
vñ eccl. viij. Si filij ti-
bi sunt erudi filios. et
puer. xxiij. Nolite subtrahere a pue-
ro disciplinā. Ideo ap̄s ad hebre. iij.
Quis inquit filius quē nō corripit pa-
ter. Nēpe veteres suos erudierūt. vñ
poliocratus li. vi. c. lliij. narrat qualiter
octavianus imperator filios suos ad
gradū militariē et cursū et saltū fecit
exercitari: suasq; filias in lanificio fe-
cit instrui: et vt si fortuna suos filios
ac liberos suppedietaret: salte suis la-
boribus viuere possent. Insuper tul. i.
de tusc. question. narrat qualiter li-
gurgus suis laboribus iuuenes erui-
dit venando currendo esuriendo si-
tiendo aliendo estuando. Nam qui
bene instrunt in tenera etate quan-
do prouecti sunt de facili ad bona in-
clinantur: vt ponit seneca li. lliij. de tra-
Idem etiā libro de prouidentia dat
exempla dicens. Quomodo nautis
corpora in mari sunt dura: similiter
agricole habent manus duras: et mi-
lites agilia mēbra et huiusmodi que
omnia contingunt vsu et exercitio ac

bruantur. Ideo apostolus ad ephe. vi. dicebat. Educate illos scz filios i disciplina correptione dñi. Nunqd bñt^r ppios filios fecit cedit eo q tarqno dominatōne resistere p̄tendebant: vt narrat valerius li. v. ca. viij. Nunquid cassius et manlius torquatus a liqz plures filios correxerunt. Cur igitur patres filiorum crimina supportant. Narrat enim aug. v. de ciuit. dei. c. xviij. qualiter aulus filium suū mortis supplicio condemnauit eo q cum catulina inimico suo amicitia cōtraxit. Horum tamen feritas non est approbanda: q licet filios corripere bonum sit: exterminare tamē sepius nō licet: q tunc paternalis disciplina prodest quando clementia adest. vnde vale. li. v. c. x. narrat de quodā cui suus filius insidiabatur. qui cum hoc perceptisset filiū suū in desertū duxit: sibi qz gladiū tradidit et caput amputādum obtulit: quod cū vidisset filius gladius abiectū dicens. Tu pater viue: sed tantū queso ne meus erga te amor eo sit tibi vilior qd a penitentia oritur. Ecce qualiter patris dulcedo filium cōuertit eodem lib. c. viij. narrat. Anthiochus filius celenchi regis incidit in amorem grauissimum sue nouerce infantū q mortis p̄ximus erat. Cuz igitur medici ppen dissent causam morbi patri retulerūt quod audiens pater propulam coniugem filio pcessit dicens in filio magnū pudorē fuisse: eo q vsqz ad mortem amorem dissimulauerat. Seueritas ergo parentum erga filios quādoqz bona non est: sed correctio cuz clementia semper vtilis est. Nunc tamen parentes filios corrigere preter

mittunt. et ideo quando sperāt vt eorum operibus letari: tunc desolātur. Attendant enim qualiter heli a deo punitus fuit eo q filios suos corrigere pretermiserat: vt dicitur primo regum. iij. vnde greg. in dialogo li. iij. c. xvij. narrat de puero qui consueuerat deum blasphemare patre pmissēte. et ideo in sinu patris a demone percussus est et interemptus. Insuper boetius lib. de disciplina scholarium narrat de filio lucrecij qui fuit absqz disciplina nutritus. vnde in aleis et meretricijs operibus tota vitā suā occupauit: et a patre sepius de morte redemptus fuit. nichilominus tandem mortī cōdemnatus est: nec a patre propter pecuniam redimi potuit. Cuz lachrimis igitur a patre osculum petijt et cum pater accessisset nasum illius morū acutissimo secuit. dicens. Quare meis primis erroribus non obfuit: sed incastigatus euasi: magistri mei documentis non obedisti: quāsi dicat: quare me non castigasti. vnde tul. li. i. de off. dicit q optima hereditas a parte tradidit quando virtutum et bonorum morū exemplum exhibet. Sic igitur aquila valde diligit filios suos et in locis altissimis facit eis nidus ne colubervolos let fetum aut veneno queat nocere: sic pater suos filios a consortio peccatorum debet separare ne ipsorum exemplo polluant. Hoc enim exemplum tāgit hiero. sup isa. ca. vlti. Sicut igit in nidis aquillarū reperit lapides p̄ciosos qui dicuntur berices. vt ponit solinus. li. viij. c. vi. Sic in vita filiorum virtutes reperiunt. dū modo nidus eorum ab illis inferioribus se

paratur. Tunc enī sepeatur nīdus
qñ in iuuentute mala prauaqz cōsor
tia vitare filius docetur.

¶ Ca. xliij. de filiis erga parentes.



Sodi. xx. dicit. Ho-
nora patres tuum et
matres tuā quod est
mandatū primū in p-
missione vt bene sit tibi.
vñ apłus ad ephe.

v. Filij obedite parētibus vestris. qz
teste boe. li. de psola. Si menti huma-
ne incerta est boni veri qz cupiditas:
tāto magis insertū est parentes suos
filios honorare: qz scz filij debēt ho-
norare parentes. valerius enī li. v. c.
liij. narrat de quadā filia que matres
suā in carcere nutritū lacte mamilla-
rum suarū. Item de alia narrat ibi-
dem. Que patrem suum in custodia
traditū atqz in vltima etate consti-
tutū tanqz infantem alimonia sui
pectoris nutritū. Insuper solinus li-
bro. i. circa finem narrat de filia que
inuenta est nutrita ab vberibus pa-
trē et in memoriā tantī preconij lo-
cus ille consecratus et reseruatus est.
Posco igitur cuz seneca. liij. de benefi-
c. xvi. Et filij parentes honorēt. In-
quāmus tamē an liberi possint da-
re maiora beneficia parētibus qz ac-
ceperint. et videtur qz nō. qz teste aris-
to. Magistris et parētibus nō pos-
sumus reddere equiualens. Hoc qui-
dem etiam cōcludit seneca vbi supra
vnde ibidem narrat exemplū de sci-
pione qui patrem suum in pzelto ser-
uauit. z capitulo. xxliij. ponit exemplū
de enea qui patrem suū senissimū
per mediū inimicorū atqz ignis de-
tulit. Narrat etiam de quibusdam iu-

uenibus qui per vrbes vacarunt ad li-
berandos parētes. Merito igitur di-
citur ecclesi. liij. Qui honorat patres
suum vltia viuet longiori. et ibidem.
Qui honorificat matres suam et qui
honorat patrem suū lo cūdabitur in
filiis et in die orationis sue exaudiet.
Narrat in hystoria barlaam et iosa-
phat qz quidā pater familias de vxore
sua adultera tres habere filios vlti-
debat: sueqz vxori improperebat
adulterium dicens qz illorum trium
filiorum vnus tantūmodo suus erat
sed quis esset declarare volebat. Et
qz mortuus fuisset filium suum legi-
timum successorem bonorum suorum
dimisit ipm tamen nō nominauit ad
iudiciū ergo vocati sunt vt videret
quis ille esset: iudex igitur prulit sen-
tentia vt qui fortius percuteret in cor-
pus patris mortui cū sagitta ille obti-
neret hereditatē. Duo ergo illorū cū
sagitta corpus patris validissime pe-
netrauerunt: sed accedēs tertius per-
cutere noluit: sed cum lachrymis cor-
pus patris veneratus fuit. et ideo ve-
rus esse filius declaratus est. vnde va-
lerius li. v. c. liij. dicit qz diligere parē-
tes prima lex nature est. vnde petrū
rauenna. Tolle inquit a sole radium
et non lucet riuum a fonte et arescit
ramum ab arboze et desiccatur mem-
brum a corpore et putrescit: sic sepa-
ra filium a deuotione paterna et ita
nō est filius sed est collega filiorū re-
quibus dicitur. vos ex parte dyabolū
estis. Nunquid ambrosius in suo ex-
ameron narrat qualiter cōte parē-
tes suos nudatos tegunt: illas fouēt
et alimento pascunt z in leuati sub-
leuant. et cōcludit ambrosius. Non

est inquit graue qđ pietate plenū est
nec est onerosus quod soluitur natu-
re debito. ideo nō recusant aues pa-
trem pascere. et tñ ad hoc lex scripta
nō astringit eas nec hoc accipit ex
precepto sed gratie naturalis officio
Hec ille. vñ augu. xxiij. de ciuit. dei. ca.
vi. j. narrat qualiter filia matre male-
dicti membroru tremore incurrerūt
et in ecclesia beati stephani sancti fue-
runt. Commemorandū est enī quali-
ter saluator noster parentibus obedi-
uit. iuxta illud luce. ij. Erat autē sub-
ditus illis. Qđ mirabile qđ de⁹ sub-
ditus est hominibus: qui tamē ange-
lis dominatur: sed nō miruz. quoniam
teste apostolo ad philip. ij. Humilia-
uit semetipm factus obediens vsqz
ad mortem. Attendamus igit qualiter
rechabste a domino laudati fue-
runt: qz patri suo obedierūt: scilz ipse
sonadab filio rechab a quo rechabste
dicti sunt. vnde hiere. xxxv. Nun-
quid nō recipientis disciplinaz vt obe-
diētis verbis meis preualuerunt ser-
mones sonadab filij rechab qui pre-
cepit filiis suis vt nō biberent vinum
et nō biberunt vsqz ad diem hanc: qz
obediuerunt pcepto patris sui. Ego
aut locutus sum ad vos et nō obedi-
stis michi dicit dñs. Filios igitur de-
cet parentibus obedire.

¶ Ca. xliij. de obedientia filiorum er-
ga parentes.



Parentibus post deus
maxime obedire tene-
mur: qz exodi. xx. dicitur.
Honora patrem
et matrem tuam. 2c. et
ecclesiasti. iij. Qui ho-
norat patrem suū vsqz puet longio

ri. et ad ephesi. vi. Filij obedite parē-
tibus vestris. Idez habetur ad colo.
iii. Nempe desideranda est patris be-
nedictio et timenda est matris male-
dictio. vnde narrat aug. xxiij. de ciuit.
ca. vii. qđ fuerunt decem fratres quo-
rum septem erant masculi et tres fe-
mine propter maledictionez matris
puniti fuerunt tremore membroru
horribili quoru duo scilicet vnus fra-
trum et vna sororum sanati fuerunt
in ecclesia beati stephani. Timenda est
igitur parentuz maledictio. Nempe
teste valerio. li. v. c. liij. Prima lex na-
ture est parentes diligere. vnde narra-
rat ibidem de quadā filia que matrē
in carcere cōdemnatam pro capitali
crimine suo lacte nutrit. nam qđ cer-
cerem custodiebat filiā matrem ad-
ire permittebat preuidebat tamen ne
cibum sibi portaret. Cūqz tamē cu-
stos miraretur quō absqz cibo mater
incarcerata tandū viueret: vice qua-
dam filiam explorauit et vidit quali-
ter sue matri lac exhibebat. Retulit
igitur iudicibus qui audientes tan-
tam filie pietatē sue matri penam re-
miserunt. vnde valeri. vbi supra narra-
rat de filio cressi qui mutus erat. cum
tñ vnus ex numero persarum patres
suum interficere vellet: iugebat ille
eo qđ dicere non poterat. eo qđ pater
suis rex erat ne ipm interficeret. Ac-
cidit igitur vt qui mutus fuerat loq-
promerere rōne pietatis quaz erga
patrem habuerat. Prima inquit va-
lerius. Et optima rerū natura piete-
tis est magistra. vnde ibidem narrat
qualiter populi scytharū cum darius
in eorum regionem totis viribus re-
gni sui impetuz faceret ipsi paulatim

cedentes ad ultimas asse solitudines
peruenerant: et interrogati deinde a
dario p legatos quem sinez fuglendi
aut quod initium pugnandi facturi
essent: responderunt se nec. vires vi
las nec agros cultos pro quibus di
micarent habere. Ceterum cum ad
monumenta parentū suorum venis
sent darium sciturum quē admodum
scilicet pēliari iolerent. quo quidem
vno tam pio dictum inanis et barba
ra gens ab omni seueritatis discrimi
ne redemit. Narrat insuper de corio
lano qui exulatus a romanis ad vol
scos romanoz inimicos fuit. quo
rum imperiū acquisiuit et romanis in
festissimus fuit: cum quibus federa
ri nullis precibus valit: quod videns
eius mater que rome manebat acces
sit cum filiis quā supplicantem exau
diuit atq; castra que possidebat ma
gri petenti exhibuit dicēs Expugna
sti et viciisti iram meam patria preci
bus huius admotis: cuius vtero te
quīs meritū michi inuisam dono cō
tinuoq; agrum romanum hostibus
armis liberavit Ex his igitur narra
tionibus patet qualiter filij parētes
tueri tenentur. Ad hoc propositum
seneca. liij. de beneficijs. ca. xvi. querit
An liberi suis parentibus ad condi
gnū q̄ susceperūt beneficia: beneficia
reddere possint: et declarans hanc q̄
stionem concludere videtur q̄ non
est possibile. vnde ponit exempla de
scipline de enea de quibus in prece
denti ca. Et enim natura vniūquenq;
obligat vt parentes tueatur. nam vt
ponit ambro. in suo examerō omēla
v. Liconie sunt huius pditionis et c. si
cut prefertur in alio capitulo.

Ca. xv. de mulieribus:



Dominus naturaliter
in muliere verecūdiā
posuit vt ipsa ad pec
catūz puocare formi
det: vtroq; vt famule
tur cōdita est nō quā
dem vt sibi insidiat. Ipse tñ sui stat⁹ ne
glecto more fictis blandimētis adu
lationibus et nutibus viroz excidiū
pcurant et scādaliū ignominiosū su
gitur gignere sollicitant. vnde hiero
ep̄la. xviii. loquit. Illi oculos xp̄ia
nos scandalizāt q̄ spurcissimō vnguē
to faciez vngūt: oculosq; depingūt
quorū facies nimio cādore deformes
sunt et tanq̄ idola mentiunt. Ipsas
enī nec annoz numer⁹ nec allavetu
stas docere pōt q̄ verule sint et capil
los cū pdiderint alienis capillis ver
ticē ornāt et pteritam iuuentutez in
rugis annilibus polluit. Erubescat
igit mulier christiana si naturaz co
gat in decorē si carnis curā facit in cō
cupiscentijs. O ignis iuuentū fomen
ta libidinis impudiceq; mentis exci
dium est ornatus iste. nec est velamē
xp̄i sed antichristi: vt idem hiero. epl
stola. xciii. vnde ambro. i suo exame
ron vltima omēla. Noli delere pictu
ram dei et assumere picturā meretricis
illa pictura vltij ē nō decoris frau
dis non simplicitatis fallit decipit vt
neq; illi plateas cui placere dīderas
tuoz displices actori dū videt opus
suum deletū. Nam artifex indignat
si opus suū deleatur. Graue igit cri
men est vt putes q̄ melius depingat
homo q̄ deus. vnde guil. parisieſis
li. de vniuerso narrat de quadā mulie
re que dum insisteret pectinationi at

re que dum insisteret pectinationi at
 q3 curiositati capillorum alia quedam
 mulier sibi apparuit dicens q3 maxi-
 mus cruciatus tolerabat: q3 huiusmo-
 di curiositati dum visueret insisterat.
 Non igitur in talibus sed in virtuti-
 bus crescere debent: vt noie ppetuo
 hereditari possint. Debent esse caste
 sobrie et taciturne. vnde vale. li. ij. c. j.
 narrat q3 mulieribus olim visus vni
 ignotus fuit ne in aliud dedecus la-
 berentur. vnde ecclesia. xxvj. Mulier
 ebriosa tra magna et cōtumeliaz tur-
 pitudō eius nō teget. Hunc tamē il-
 lud sene. ep. la. cxcix. verificat dicens.
 Mulieres non minus viris potant.
 quā vino oleo et merō viros puocāt
 sui q3 sexus beneficiis suis veneficiis
 pdiderunt: z quod feminariū est exue-
 runt moribus q3 virilibus simplicitate
 sunt. Quā obzē valerius li. ij. ca. j. di-
 cit q3 ab excessibus cauere debent: q3
 ventrem plenum sequitur voluptas.
 Ideo teste hierony. ep. stola. xxxvj.
 Viri antiquitus cauebant ne vinum
 biberent. vnde valerius lib. vj. cap. iij.
 narrat q3 regnatus metellus vxorem
 fuisse percussaz interemitt: eo q3 vinum
 bibisset: nec tamen exinde reprehē-
 sus fuit: q3 iustus omnes estimabant
 illaz debere violenter mori que sobri-
 etatem debita violauerat. vnde au-
 gustinus. ix. confessio. narrat quomo-
 do decrepita quedam mulier suaz fi-
 liam adhuc puellaz regēbat cum ma-
 ximo moderamine vt sobrietatis im-
 posteruz consuetudo sibi maneret. et
 ibidē quō cum mater sua quadā vice a
 moderamine solito recessisset eius an-
 cilla eam redarguit: et eam meribz
 bulam vocauit quo audito stimulo p-

cussa suam fedtatem respexit: et exin-
 de abstinuit. Animaduertant igitur
 mulieres vt sobrietate flozeant. et ex
 inde pudicitia que ipis congruit pol-
 leant. vndē ecclesiasti. xxvj. Sicut sol
 oriens in mundo in altissimis diei est
 principium: sic mulieris bone spect-
 es in ornamentis domus sue: quon-
 iam grata super gratiam mulier san-
 cta et pudorata: vt ibidem dicit. At-
 tendamus enim q3to affectu veteres
 castitatez amauerunt. Nam gradus
 maximus abustionis est femina sine
 pudicitia. vnde sicut prudentia custo-
 dit virum sic pudicitia feminaz. nar-
 rat enim valerius lib. vj. cap. j. de plu-
 ribus mulieribz que maluerūt perde-
 re vitam q3 pudicitia. vñ greca quedā
 femina hyppo noie cum hostiūz clas-
 se esset excepta ī mare se vt morte pu-
 dicitiaz tueretur abiecit Et ideo apd
 grecos laudibus et sepulchro extol-
 li meruit. Narrat insuper de quodā
 qui filiam suam interfecit eo q3 ap-
 plus claudius violenter ad stupium ip-
 sam inducere volebat. Malebat enīz
 publice filie esse interemptor q3 pa-
 ter corrupte. vnde ambrosius de vīra-
 ginitate cap. iij. narrat de pelagia
 que cum esset apud antiochuz eta-
 tis. xv. annorum z predonibus circū-
 septam se videret matre absente suis
 q3 sociabus in aquā se protexit mal-
 lens mori q3 violari. Et licet non de-
 ceat pro pudicitia seipsuz interimes-
 re nichilominus laudandi sunt vete-
 res in hoc q3 pudicitiaz tantuz ama-
 uerunt. Tradit enim augustinus li-
 bro. j. de ciui. dei. ca. 3vj. q3 pudicitia
 est virtus mentis que nō potest inu-
 te auferri. Si ergo corpus violenter

contaminetur. nichilominus pudicitia manet: dummodo mens integra fuerit. Pro pudicitia igitur predicte mulieres seipsas interficere non debent: nisi forsan inspirate hoc fecerint put tangit augustinus ubi supra cap. lxxv. unde sic ait de feminis que in flumine se precipitauerunt. Aut hoc fecerunt humanitus decepte: et sic errauerunt: aut diuinitus inspirate: et sic obedierunt: quicquid sit tamen in hoc commendabiles fuerunt quod pudicitiam dilexerunt. Animaduertendum etiam quod zelo pagani pudicitiam seruauerunt. Narrat eis solinus lib. vii. c. xv. quod in India quedam est regio in qua nulla libido inuenitur: atque perulantia esse ignorant homines: itaque nulla sunt coniugia: nullique homines ibi nascuntur. et tamen ibidem pluri homines commorantur. nullus tamen ibi admittitur: nisi castitatis meritis prosequatur et castitatem si quis non serauerit a predicta regione submouetur: atque perpetuo exilio datur. Insuper valerius lib. vi. ca. primo narrat quomodo primenius tristi exemplo filie sue precepit quod non solum uirginitatem illibatam. sed etiam oscula sincera ad uirum preferre debet. Ceterum hie ronyinus contra torintanum recitat qualiter diullius uxorem tante continentie duxit ut omnibus continentibus esset exemplum. Accidit igitur quod his iam senex et trementi corpore in quodam surgio audiret explorari sibi quod os fetidum haberet: quo audito ad uxorem accessit ipsam redarguens: cur sibi hoc non intus asser: que respondit. Fecissem inquit nisi putassem omnibus uiris sic os clere. Ecce

ce quanta pudicitia mulieris que non quod alterius uiri flatum sensit. **¶** Ca. xvi. de uirginibus.



Uirginitas nomen honorabile est statim mundus uita quoque uirginitas angelos imitatur. Quia uirginitatis exemplum ab antiquis suscepimus quoniam plures sunt in carne uiuere in terra contempserunt quod maluerunt mori quam obedire carni. Vnde in libello qui intitulatur de uirginibus legitur quod apud romanos uirgines que sunt in carne uiuere contempserunt maxime reputatis apud eos extiterunt. unde ibidem narratur de quibusdam filiabus quarum mater dicebat fuit cedasa que cum absente patre duos iuuenes pretereuntes in hospitale susceperat: ipsi quoque iuuenes honoris filiarum non indulerunt sed dictis filiabus uirginibus nocte uolentiam intulerunt. Quamobrem predictae uirgines mutuis mucronibus seu gladiis se occiderunt. Narrat insuper quod thebana uirgo quam hostis macedo corruerat aliquantulum dissimulauit uolente sibi facere desolatorum. nichilominus tandem suorum uiolatores iugulauit. et mox gladio seipsam interfecit nolens predicta uirginitate ducere uitam quid exempla ista designant nisi quod carni non est assentendum. quin immo melius foret a presentia uita migrare quam in desiderijs carnalibus uitam ducere. Ideo apostolus ad rom. vii dicebat. Qui in carne sunt deo placere non possunt. et gala. v. Spiritu ambulate et desideria carnis non perficite. Vnde augustinus. Eluentes in carne preter carnem angelos uocat li. suo de san-

eta virginitate discens. Sicut fami-
liam angelorum deus habet in celis
sic etiam familiam virginum voluit
habere in terris. Illi enim angeli sunt
qui non secundum carnem vivunt. Ideo hie-
ronimus ad eustochium dicit. Statim
ut dei filius ingressus est super terram
novam familiam sibi elegit: ut qui ab
angelis adorabatur in celis. haberet
etiam angelos. scilicet virginem in terris
Quapropter augustinus de doctrina
christiana li. iii. dicit quod virginem
sunt illustrior portio gregis christi.
Isti enim virginem dici possunt qui non
secundum carnem vivunt: sed qui carnem
spiritui subiciunt. unde li. corinthi. x.
In carne ambulantes non secundum carnem
militamus. Quid enim prodest viro
seu femine si sua voluptate eam puri-
tatem tollet per quam regnam celo-
rum imitatur scilicet mariam. Laudabi-
lis est igitur virginitas sed nec suffi-
cit ipsa nisi bonis operibus illustretur.
Nam in euangelio virginem quicquid
fatue leguntur. et ideo ex sua virgini-
tate introitum ad civitatem celestem.
meruisse non creduntur. Pulchrum
est ergo si virgo sis: sed multo pul-
chrius si cum virginitate opibus floreas
sacris: nunc orationi: nunc meditationi
mentem sedule exponendo. Nam teste
hieronymo ad eustochium. Virgo des-
bet esse orationibus sacris virtuosissi-
que laboribus occupata. Et epistola
lxxxvii. ad demetrium sic dicebat.
Debet inquit virgo esse quiescens: hone-
staque societate commutata non vaga di-
scurrens per patrias exemplo marie
quam invenit angelus in cubiculo.
Sit autem sermo virginis prudens
modestus et rarus non eloquentia sed

pudore preclusus: sit humilis gestu
que per humilitatem placuit deo vir-
go maria. Nam virginitas sine hac
minus laudanda est: quia teste ambro-
lio libro de virginitate. Virginitas sup-
greditur nature humane conditionem
per quam homines angelis assimilantur.
Unde apostolus. i. corinthi. v. i.
Virgo cogitat que domini sunt: ut
sit sancta corpore et spiritu. hierony-
mus alloquens matrem de institu-
tione filie epistola. lxxxix. dicebat.
Reddat inquit tibi quorundam pensum
descripturarum floribus. et post as-
suescat ad orationes et psalmos nos-
cite confurgere mane canere hymnos
et sequitur. Discat lanam facere tene-
re colum rotare filum et tenere fusum
et similia. Nam virginitas in talibus
conservatur. nam ut idem dicit ad eu-
stochium. Virginitas thesaurus est
irrecuperabilis. Caveas igitur ut de-
re dicat deus virgo cecidit et non est qui
suscitet. et cum omnia deus possit sus-
citere: tamen virginem non potest.
Si igitur ad thesaurum recuperabi-
lem custodiendum solliciti sunt ho-
mines potius de virginitate servan-
da solliciti esse debent. Non igitur es-
scurrant: quoniam teste gregorio. omelia
xii. depredari desiderat qui thesau-
rum in via publice portat. Solitas
res ergo maneant: quoniam sicut di-
citur iob. xxxiii. Per noctem adu-
lteri oculus quasi fur observat caliginem
Nampe olim virginem sollicitas se
virginittatis custodiam habuerunt.
unde ambrosius libro. ii. de virgini-
tate narrat de quadam virgine que
fuit antiochie cuius pulchritudo apa-
petebatur. unde violenter ad lupas

nar introducta fuit: que cum sibi fuisset flebat et orabat dicens. Domine qui dedisti virginibus leones domare: nunc da michi vt mentes hominū domare possim: ne vtoletur exiguū templum tuum ne etiam patiaris in cēssum. Cum igitur orationem complēuisset ecce miles introiit. Me inquit timeas quoniam supernam saluare animam tuam. Mutemus inquit vestimenta vt tua vestis me faciat verum militem. Tunc sic factum est: vt virgo vestē militis accepit: et sic euasit et miles loco eius cum veste multē ubi remansit. Cum igitur alius ingrederetur et loco puellę virum inuenisset alijs nunciavit et loco virginis miles condēnatus fuit ad mortem. quod cum audisset puella festinanter cucurrit ad locum supplicij q̄ pro ipso mori contendebat et e conuerso miles pro ea. Itaq; ambo contenderunt et martirij palmam susceperunt. Insuper ambrosius libro iij. narrat qualiter beata zotheris cū esset pulcherrima gaudebat suam faciem martyrio sedari ne temptationis occasio existeret. Ceterum de beata brigida legitur q̄ cum pater eius cuiusdam nobilis vellet desponsare: ipsa orauit vt aliqua deformitas sibi contingeret ratione cuius coniugium vitaret ipsaq; orante vnus eius ocul⁹ crepuit quod videns pater permisit ipsam velari et ad dei cultum deputari et oculus eius sanatus est. Insuper de pluribus alijs similiter legimus. que licet viros secum haberēt nihilo minus virginatē obseruauerunt. vnde in libro qui dicitur paradysus legitur de quadam virgine que dicitur

batur iuliana que videns originem metuentem seditiones paganorum fugientem per biennium ipm suscepit et celauit necessariaq; ministrante. Narrat insuper hieronymus epistola. xlv. de quadam virgine que a beato martino noluit videri: cum tamen ipsam desideraret visitare tanq̄ moribus et charitate precellam. Unde ipsa beato martino per fenestram dixit. Ora inquit pro me: quia a viro nūq̄ suū visitata. Gratias itaq; egit sanctus martinus eamq; benedixit. Narrat insuper hieronymus epistola. lxxxix. qualiter cuiusdam virginis pater cepit habitum virginis: vt virginis mentem permutare posset. Tolebat enim q̄ nuberet: sed eadem nocte apparuit angelus minas inferens dicens. Quomodo inquit ausus es viri imperium preferre christo. Nam virginēs christi sponse sunt. Namq; virginitas deo dedicata est vnde apoca. xliij. Virgines sunt et sequuntur agnū quacūq; terit. super quo augustinus libro de bono virginali. Gaudia inquit virginū sunt de christo in christo cum christo per christum post christum. et idem augustinus epistola. cxvlij. Beatus est in carne imitari vitam angelorum q̄ ex carne augere numerum mortalium. Nam vberior est felicitas mente grā descendere q̄ ventre grauescere: orationibusq; celum parturire q̄ in visceribus fetum enutrire. vnde gregorius dialogo libro. iij. de virginibus narrat qualiter deo placuerunt. Nam de tharsilla narrat qualiter duas sorores habebat que cum visitarent ipsam ait Recedite inquit. quia sponsus

mens scilicet iesus venit. Ibidem etiam narrat de quadam puella que dicebatur musa: cui beata virgo cum puero apparuit querens ab ea an sibi seruire vellet: que respondit q sic. Tunc beata virgo sibi precepit: vt omnes mores pueriles dimitteret que sic fecit: et ad tantam maturitatem deuoluta est: vt virginum exemplar efficeretur. Ex his igitur patet quas laudibus olim virginitas floruit. Nam deuteronomij. xxiij. Precipitur virgo corrupta lapidari: nisi pro violentia clamasset Insuper apud saxonos lex fuit olim: vt virgo sponte deflorata viua sepeliretur et violator super ipsam suspendi debebat Itz apud barbaros lex fuit vt virgo fornicaria seu sponte grandata de monte altissimo precipitaretur eiusq; violator capite truncaretur. Insuper in prologo historie romanorum legitur de quadam que cum genuisset. filios secundum legem viua fuit sepulta. Ex quib; omnibus satis patet qto studio virginnes se custodire debebant. Nunc tamen blanditijs: nunc muneribus seducuntur. vnde ambrosius libro primo de virginitate narrat de quadam virgine pythagorea que tate fuit constantie: vt tormentis non posset vici. Unde cum interrogaretur a quodam tyranno de quodam secreto reuelando: linguam suam morsu abscedit vt respondendi causam non haberet. Ipsa tamen que vinci non potuit tormentis: postmodum victa fuit muneribus et que prius preualebat animo postmodum erubuit tumescere vtero.

¶ Capitulum decimum septimum de viduis.



Adualis status simplex et modestus esse debet et virum bonum si habuerit caueat ne mutet fortunam: si autem prauum consimilem inuenire timeat. plurimas autem opposite conditionis viduas vidimus. qz et si virum pessimum habuerit mox post mortem illius ad alium currunt. si vero bonum habuerint illius facillime obliuiscuntur et alium habere studiosissimum sollicitantur. Ceterum enim exempla vitiaz animaduenterent. Hieronymus contra iovinianum libro primo narrat de marcia cathonis filia que cum lugeret virum matrone ab ea petuerunt quem diem haberet luctus ultimum: respondit quem et vite. De alio ergo viro non cogitabat. Ibidem etiam narrat de anima. Quam cum propinquus moneret vt alteri nuberet dicens q sua etas nuptui conueniebat. Ipsa tamen respondit hoc inquit nequaquam faciam: quia si bonum virum inuenero: vt ante habui nolo timere ne perdam si vero malum quid necesse est post bonum pessimum sustinere. Narrat in super de marcella matre que interrogata a matre sua gauderet ne se nupsisset: respondit: ita valde vt amplius nolim Narrat etenim de valeria macellarum sorore q amisso seruo viro nulli voluit nubere. et cum interrogaretur cur hoc faceret ait sibi semper maritum seruum viuere. Attendat autem vidue quoniam anna fuit vidua ab adolescentia sua. et non recedebat de templo diebus neq; noctibus. Aliquid etiam vidua sareptana pro salute filii

Horum famen tolerant neq; vtrum
 questuit: vt patet tertio regum. xvij.
 Nunquid celebris vidua fuit iudith.
 His igitur attentis dicit hieronymus
 vbi supra loquendo vidue quid angu-
 stiarum habet nuptie didicisti: et qua-
 si cum canibus vsq; ad nauseam sa-
 turata es. Quid igitur vis tibi rursus
 ingredi quod noxium est. Nam bru-
 ta seu aues in eadem retia non inci-
 dunt. quid igitur petis et subdit Imit-
 tare potius sanctam matrem iesu chri-
 sti. Vidua enim que non potest con-
 tinere vel non vult maritum potius
 accipiat q̃ dyabolum. itaq; hierony-
 mus deestatur secunda matrimonia
 nisi magna inuentus fuerit. et ideo ap-
 postolus primo thymo. v. Volo in-
 quit adolescentulas et iuniores nu-
 bere. Ceterum hieronymus episto-
 la. xcvi. narrat de quodam viro qui se-
 pelierat. xx. vxores et postmodum ac-
 cepit mulieres que habuit viginti ma-
 ritos. Cumq; ergo fuissent matrimo-
 nio copulati. totus romanus popu-
 lus instanter astabat videre quis eo-
 rum vinceret. Maritus tamen vicit
 et totus vrbis populo confluente co-
 ronatus est et palmam in manibus
 tenebat clamans. O mea vxor nube
 nunc cum feretro. Et ideo hierony-
 mus viduam alloquendo dicit. Ob-
 secro inquit tibi sufficiat quod perdis-
 disti primum virginittatis gradum et per-
 tertium scilicet coniugium venisti ad
 secundum scilicet viduitatem. vnde li-
 cet coniugium precedat viduitatem
 et de. nō tamen castitate. Item hiero.
 epistola. xc. Laueas inquit ne lutea
 et ambulet prutator vel histrio nō su-
 uentis nitidus: sed habeto tecum vidua

rum virginum choros tuq; ferus so-
 lacta quere sit in manib; tuis diuine
 lectio: et in ore deuota oratio vt ado-
 lescentie cogitationes bñmōi clipeo re-
 pellantur. Unde ardētes dyaboli sa-
 gitte ieiuniorum et vigilariū frigore
 restringēde sunt. Ceterum animadu-
 uertamus narratōez ambrosij in suo
 examerō omelia. v. qui narrat de tur-
 ture q̃ si perdidit comparem itera-
 re coniunctionem recusat. Discite er-
 go mulieres inquit ambrosius. Quā-
 te sit dignitatis viduitatis gradus q̃
 etiaz in aubus predicat. Melius est
 tñ nubere q̃ vti id est fornicari ideo
 hieronymus epistola. xc. Collequod
 petus est et suscipe qd per se bonū nō
 est. scilicet nubere et loquitur vidue.
 ¶ Jacobi magni sophologij sapien-
 tie finit feliciter.

Epigramma ad huius operis con-
 spectorem.

Istuc clarorum contendunt dogma-
 ta patrum.

Doctos atq; bonos vt factat hoies.
 At quem non leuiter possit percur-
 tere qui'quem.

Auctores cunctos multa neglecta
 manent.

Omnia doctorum quo ergo docu-
 menta legantur.

Hunc iacobus magni condidit ecce
 librum.

Tu quoq; si bonus esse velis sapiens
 q; videri.

Quod manibus tractas discite sopho-
 logium.

Quicquid enim veterum tetigit pre-
 ceptis digna.

Mille voluminibus clauditur hoc
 opere.

¶ Sequitur tabula capitulorum philosophij. Et primo capitula primi libri.



Capitulum primum quomodo sapientia facit felices. Folio. ij.

Secundum quomodo veteres sapientias amauerunt. eodem.

Tertium quomodo quondam femine artes inuenerunt. Folio. iij.

Quartum de studio sapientie a iuuentute. Folio. iiii.

Quintum quomodo sapientia est necessaria regibus. Folio. v.

Sextum quomodo sapiens omnia possidet et fatuus nichil. eodem.

Septimum de dispositione ad sapientiam et de quiete contemplantis. vi.

Octauum quomodo sapientia omnia vincit. eodem.

Nonum quomodo est iugiter studendum. vii.

Decimum quomodo non sufficit audire sed legere oportet. viii.

Undecimum de habitudine et modo docendi. ix.

Duodecimum de vera philosophia eiusque descriptione et usu. eodem.

Tredecimum de dignitate et utilitate sapientie. x.

Decimumquartum de famosis illustribusque philosophis qui sapientias amauerunt. xi.

Decimumquintum de studiis ac lectis philosophorum. xii.

Decimumsextum quomodo magice artes sunt inutiles ac improbande. xiii.

¶ Capitula secundilibril quicquid est de inuentione scientiarum.



Primum de inuentione grammaticae atque litterarum. Folio. xv.

Secundum de inuentione logica. Fo. xvi.

Tertium de inuentione rhetorice. eodem.

Quartum de inuentione poetrie. eodem.

Quintum de poetis famosis quomodo poetria non est contemnenda. xvii.

Sextum de inuentione arithmetice. xix.

Septimum de inuentione geometrie et eius utilitatibus. xx.

Octauum de utilitatibus musice. xxi.

Nonum de inuentionibus musice. xxii.

Decimum de inuentionibus astrologie. eodem.

Undecimum de medicina et inuentionibus eius. eodem.

Duodecimum de legibus et earum inuentionibus. xxiij.

Tredecimum de politica et regimine ciuitatis. eodem.

Decimumquartum de regimine principis. xxiij.

Decimumquintum de legibus diuinis et humanis. eodem.

Decimumsextum de economia et regimine domus. xxiij.

Decimumseptimum de regimine patrisfamilias. xxv.



Primum quomodo virtutes naturaliter appetende sunt. Fo. xxv.

Secundum quomodo natura capit virtutes. Folio. xxvi.

¶ Capitula tertij libri in quo tractatur de amore virtutum. xliij.

Tabula

Tertius quomodo virtutes non que-
runt mercedem temporalem. xxvij.
Quartus quomodo virtus consistit
in medio. xxvij.
Quintus quomodo mens naturali-
ter respuit vitia. xxx.
Sextum de honestate vite intus et
de foris. xxx.
Septimum de bona consuetudine
folio. xxxi.
Octavum quomodo est vitanda ma-
lavita et mundi vanitas. eodē.
Nonum quomodo mala est peccan-
do oportunitas. xxxij.
Decimum de cautela vitandi et co-
gnoscenti peccata. xxxij.
Undecimus quomodo vitanda sunt
peccata leuiora ne grauiora contin-
gant. xxxij.
Duodecimum de sinceritate vite an-
tiquorum. eodē.
Tredecimū de odio peccati. xxxv.
¶ Capitula quarti libri in quo tracta-
tur de virtutibus theologicis.



Primum quomodo cre-
dendum est articulis fi-
dei. xxxv.
Secundū de cultu et ve-
neratione dei. fo. xxxvij.
Tertium de idolatria et nominibus
deorum et deorum. xxxix.
Quartum quomodo per fidei salua-
mur. xl.
Quintum de consolatione spei. xli.
Sextum de perpetuitate anime et co-
sequenter de spe vite future. xlii.
Septimum de charitate et bona ami-
citia. xliii.
Octavum de vera amicitia et eius vi-
litate atque fidelitate. xliii.
Nonū de correctione charitativa. xlvj.

Decimus de pietate. xlvij.
Undecimum de pace et concordia
folio. xlvij.
Duodecimum de vero et ficto amo-
re. eodē.
Tredecimum de adulatione que est
ficta amicitia. i.
Quartūdecimus de hospitalitate. i.
¶ Capitula libri quinti in quo agitur
de quattuor virtutibus cardinalibus
Epitulum primum de
vera iusticia. foli.
Secundum de aduo-
catorum eloquentia.
folio. lii.
Tertium de equitate
iudicium. folio. liii.
Quartū de misericordia iudicis. liii.
Quintum de virtute reuerentie. liii.
Sextum de modestia lingue. ly.
Septimum de vitando mendacio et
perjurio. lvi.
Octavus de regimine temperato cor-
poris. lvii.
Nonū de prudentia acquirēda. lvii.
Decimum de providentia circa for-
tuita. lix.
Undecimum de facili crudelitate re-
probanda. lx.
Duodecimum de stulticia fugienda
folio. lxi.
Tredecimum de stulto amore cauē-
do. eodem.
Quartūdecimus de habenda forti-
tudine et constantia mentis. lxii.
Quintūdecimus de perseverentia
in bono habenda. lxii.
Sextūdecimus de constantia qua
liter nullus debet ab ea recedere. lxiii.
Decimumseptimum de manutenen-
da constantia. lxy.

¶ Capitula libri sexti in quo agitur de septem peccatis mortalibus et de virtutibus eius contrariis.



Primum quod humilitas placet et exaltat superbia vero depmit. lxxvi. Secundum de humilitate. Folio. lxxvii.

Tertium quod humilitas facit homines acceptos. lxxviii. Quartum de superbia qualiter fugienda est lxxix.

Quintum de vana gloria minime affectanda lxx.

Sextum de patientia habenda lxxxi.

Septimum de ira vitanda lxxxi.

Octavum de odio et crudelitate eodem

Nonum de contentione et procacitate lxxxi.

Decimum de abstinentia et sobrietate Folio lxxxi.

Undecimum de ebrietate lxxxi.

Duodecimum de vitio gula. lxxx.

Tredecimum de penitentia non differenda eodem

Decimum quartum de liberalitate eodem

Decimum quintum de beneficiis cito et gratuite datis. lxxx.

Decimum sextum de beneficiis cognoscendis eodem.

Decimum septimum de sufficientia et paupertate voluntaria lxxx.

Decimum octavum de avaritia vitanda lxxx.

Decimum nonum de rapina et fraude Folio lxxx.

Uicesimum de fortuna et eius instabilitate lxxx.

Uicesimum primum de contemptu divitiarum atque seculi lxxx.

Uicesimum secundum de contemptu

divitiarum

lxxxviii.

Uicesimum tertium de negligentia. lxxxix.

Uicesimum quartum de castitate et pudicitia xc.

Uicesimum quintum de luxuria vitanda Folio. xci.

Uicesimum sextum de voluptate carnis. Folio. xcii.

Uicesimum septimum de invidia. xciii.

¶ Capitula septimi libri in quo agitur de morte et eius consideratione.

Capitulum primum de miseria brevitate humane vite Fo. xciv.

Secundum quomodo vita presentis est carcer anime mediante corpore.

Folio. xcvi.

Tertium de contemptu mortis eodem

Quartum de perpetuitate et consideratione bone mortis. xcvi.

Quintum de patientia mortis sub spe glorie future. xcvi.

Sextum de resurrectione mortuorum et immortalitate anime. xcix.

Septimum de consideratione mortis. c.

Octavum de providentia futurorum Folio ci.

¶ Capitula octavi libri in quo tractatur de statu ecclesiasticorum.

Capitulum primum qualiter viri ecclesiastici debent habere curam de subditis in moribus et scientia. Fo. ci.

Secundum de ex-

emplaritate prelatorum. eodem.

Tertium de electione prelati. fo. cii.

Quartum quomodo non debet eligi favorabiliter prelati. ciii.



Tabula

et viroꝝ et ecclesiasticorū. cv.
 Sextum de continentia viroꝝ et
 ecclesiasticorū eodez.
 Septimum de moribus prelatoꝝ.
 Folio cvj.
 Octauus de oratione facienda sic vt
 vnus oret pro alio eodem.
 Nonum de precatoribus cvij.
 Decimum de scholasticis cvliij.
 ¶ Capitula noni libri in quo tracta-
 tur de statu principum et nobilium.



Primus de clementia
 principis. Folio. cx.
 Secundum de bonis
 principum. Folio. cx.
 Tertius de misericor-
 dia et pietate prin-
 cipum. Folio. cxj.

Quartus quomodo principes debent
 colere deum et ecclesiam eodez.
 Quintus de moribus principis. cxij.
 Sextum de vitiis principum. cxliij.
 Septimum de patientia et clemen-
 tia principum eodem.
 Octauum de ludis principis. cxliij.
 Nonum de domino principis quo
 modo debet esse virtuosum. cxv.
 Decimum de tyranno cxvi.
 Undecimus de iusticia principis. cxvj.
 Duodecimum quomodo omnis vi-
 rtuosa a deo est cxvij.
 Tredecimum de humilitate prin-
 cipum eodez.
 Decimumquartum de castitate prin-
 cipum cxviii.
 Decimumquintum de moribus prin-
 cipum. cxix.
 Decimumsextum de liberalitate prin-
 cipum. cxx.
 Decimusseptimum de patientia prin-
 cipum. cxxi.

Decimusoctauum de legibus. eodez.
 Decimumnonum de consilio princi-
 pum cxliij.
 Vicesimum de militibus eodez.
 Vicesimumprimus de fidelitate mi-
 litum eodem.
 Vicesimumsecundum de bellis. cxv.
 Vicesimumtertiu de regimine mi-
 litum cxvi.
 ¶ Capitula decimi libri in quo tra-
 ctatur de diuersis statibus viuentium
 sub principe.



Capitulum primum
 de diuitibus et eoru
 statu. Folio. cxvi.
 Secundum de pauperibus
 et eoru statu. fo. cxvi.
 Tertium de merca-
 bus. Folio. cxix.

Quartus de seruicis et laboratoribus. cxix.
 Quintum de peregrinatione. eodez.
 Sextum quomodo senes debent esse
 venerabiles et virtuosii cxxiij.
 Septimus de sapientia senis. cxxiij.
 Octauum de iuuenibus et eorum sta-
 tu cxxiij.
 Nonum quomodo coniuges debent
 conuivere in amicitia cxxiij.
 Decimus de fidelitate coniugii. cxxiij.
 Undecimum quomodo coniugia le-
 gitime sunt contrahenda eodem.
 Duodecimum de parentibus erga fi-
 lios eodem.
 Tredecimum de filiis erga paren-
 tes cxxiij.
 Decimumquartum de obedientia fi-
 liorum erga parentes. eodem.
 Decimusquintus de mulieribus. eod.
 Decimussextus de virginibus cxl.
 Decimusseptimus de viduis. cxli.
 Sinit tabula huius libri.